BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA.

HISTORICORVM ROMANORVM

FRAGMENTA

COLLEGIT DISPOSVIT RECENSVIT

HERMANNVS PETER

SIQVID NOVISTI RECTIVS ISTIS,
CANDIDVS INPERTI.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIII

BIBLIOTHECA

SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA

	M. ₰
Aelianus ed. *Hercher.* 2 voll.	9.—
—— —— **varia historia**	—.90
Aeneae comment. ed. *Hug*	1.35
Aeschines ed. *Franke*	—.90
Aeschylus ed. *Dindorf*	1.20
—— —— einzelne Stücke à	—.30
Alberti Troilus ed. *Merzdorf*	3.—
Ammianus Marc. ed. *Gardthausen.* 2 voll.	7.20
Anacreon ed. *Rose.* Ed. II	1.—
Andocides ed. *Blafs.* Ed. II	1.20
Anthimus ed. *Rose*	1.—
Anthologia latina ed. *Riese.* I. 1	3.—
—— —— —— I. 2	4.50
—— **lyrica** ed. *Bergk.* Ed. III.	3.—
Antiphon ed. *Blafs.* Ed. II.	2.10
Antoninus ed. *Stich*	1.80
Apollodorus ed. *Bekker*	1.—
Apollon. Rhodius ed. *Merkel*	1.—
Appian ed. *Mendelssohn.* 2 voll.	9.—
Archimedis opera omnia. Ed. *Heiberg.* 3 voll.	18.—
Aristophanes ed. *Bergk.* 2 voll.	3.—
—— —— einzelne Stücke à	—.45
Aristoteles de partibus animal. ed. *Langkavel*	1.80
—— **de arte poetica** ed. *Christ*	—.60
—— **physica** ed. *Prantl*	1.50
—— **Ethica Nicomachea** ed. *Susemihl*	1.80
—— **de coelo etc.** ed. *Prantl*	1.20
—— **de coloribus, audibilibus, physiognomonica** ed. *Prantl*	—.60
—— **politica** ed. *Susemihl*	2.40
Arriani expeditio ed. *Abicht*	1.20
—— **scripta min.** ed. *Hercher*	1.—
Athenaeus ed. *Meineke.* 4 voll.	12.—
Augustinus iter. ed. *Dombart.* 2 voll.	6.—
Aulularia ed. *Peiper*	1.50
Avienus ed. *Breysig*	1.—
Babrius ed. *Schneidewin*	—.60
Boetius de inst. math. ed. *Friedlein*	5.10
—— **de consolatione** ed. *Peiper*	2.70
—— **comm. in libr. Aristotelis** περὶ ἑρμηνείας rec. *Meiser.* 2 voll.	8.70
Bucolici Graeci ed. *Ahrens*	—.60
Caesar ed. *Dinter*, kplt.	1.50
—— ed. *Dinter.* 3 voll. à	1.—
—— **de bello Gallico.** Ed. min.	—.75
—— —— **civili.** Ed. min.	—.60
Cassius Felix ed. *Rose*	3.—
Catullus ed. *Müller*	—.45
Catullus, Tibullus, Propertius	2.70
Cebetis tabula ed. *Drosihn*	—.60
Celsus ed. *Daremberg*	3.—
Censorinus ed. *Hultsch*	1.20
Cicero ed. *Müller.* Pars II. Vol. I, Pars IV. Vol. I. II. III, jeder à	2.10
—— ed. *Klotz.* 5 part. 11 voll., kplt.	22.35
—— **orationes selectae** ed. *Klotz.* 2 partes	1.50
—— **orationes sel.** edd. *Eberhard* et *Hirschfelder*	2.—

	M.
Cicero, epistolae selectae ed. *Dietsch.* 2 partes	2.
—— **epistolae** ed. *Wesenberg.* 2 voll.	6.-
Commodianus ed. *Ludwig.* I & II	2.
Cornelius Nepos ed. *Halm*	—.
Cornutus ed. *Lang*	1.
Curtius Rufus ed. *Vogel*	1.
Dares Phrygius ed. *Meister*	1.
Demosthenes ed. *Dindorf.* 3 voll.	4.
—— —— Auch in 6 Partes, à pars	—.
Dictys Cretensis ed. *Meister*	1.
Dinarchus ed. *Blafs*	1.
Dio Cassius ed. *Dindorf.* 5 voll.	13.
Dio Chrysost. ed. *Dindorf.* 2 voll.	5.
Diod. Siculus ed. *Dindorf.* 5 voll.	15.
Dionysius ed. *Kiefsling.* 4 voll.	10.
Dracontius ed. *de Duhn*	1.
Eclogae poet. latin. ed. *Brandt*	1.
Epicorum Graecorum fragm. ed. *Kinkel.* Vol. I	3.
Erotici script. ed. *Hercher.* 2 voll.	7.
Euclidis elementa ed. *Heiberg.* I.	3.
Eudociae violarium ed. *Flach*	7.
Euripides ed. *Nauck.* Ed. III. Vol. I & II à	1.
—— —— —— Vol. III. Fragmenta	2.
—— —— —— Einzelne Stücke à	—.
Eusebius ed. *Dindorf.* 4 voll.	15.
Eutropius ed. *Dietsch*	—.
Fabulae Aesopicae ed. *Halm*	—.
Fabulae Roman. ed. *Eberhard.* Vol. I	3.
Florus ed. *Halm*	1.
Frontinus ed. *Dederich*	1.
Gaius ed. *Huschke*	2.
Gellius ed. *Hertz.* 2 voll.	3.
Heliodor ed. *Bekker*	2.
Herodian ed. *Bekker*	1.
Herodotus ed. *Dietsch.* 2 voll. à	1.
Hesiodus ed. *Flach*	—.
Hesychius Milesius ed. *Flach*	—.
Hieronymus ed. *Herding*	2.
Historia Apollonii ed. *Riese*	1.
Historici Graeci minores ed. *Dindorf.* 2 voll.	8.
Historicorum Rom. rell. ed. *Peter.*	
Homeri Ilias, kplt. 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*	2.
—— **Odyssea**, kplt. 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*	2.
—— **carmina**, I. 1 (Ilias I)	—
—— —— I. 2 (Ilias II)	—
—— —— II. 1 (Odyssea I)	—
—— —— II. 2 (Odyssea II)	—
Horatius ed. *Müller*	1
Hygini Gromatici liber ed. *Gemoll*	—
Hymni Homerici ed. *Baumeister*	—
Hyperides ed. *Blafs.* Ed. II.	1
Iliadis carmina ed. *Koechly*	3
Incerti auctoris lib. de Constantino Magno ed. *Heydenreich*	—
Iosephus, Flavius, ed. *Bekker.* 6 voll.	12
Isaeus ed. *Scheibe*	1
Isocrates edd. *Benseler* et *Blafs.* 2 voll.	2

HISTORICORVM ROMANORVM

FRAGMENTA

COLLEGIT DISPOSVIT RECENSVIT

HERMANNVS PETER

SIQVID NOVISTI RECTIVS ISTIS,
CANDIDVS INPERTI.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

GYMNASIORVM QVONDAM RECTORIBVS

POSNANIENSIS IVLIO SOMMERBRODT

FRANCOFVRTANI CAROLO KOCK

MISNENSIS HVGONI ILBERG

STIPENDI SVB EIS CONFECTI

HVNC LIBRVM

GRATI ANIMI TESTEM ESSE VOLVIT

H. P.

PRAEFATIO

Quae hic in publicum prodire uolui, ex duabus partibus constant; prior enim ea continet, quae Relliquiarum mearum uol. priore anno 1871 edidi, ita retractata, ut et eis inuentis, quae his duodecim annis excogitata sint, additis etiam eorum, qui his studiis intentius operam dent, usui et commodo seruiant, et nudis fere fragmentis propositis, praefationibus omnino omissis, adnotatione autem aut nulla aut perbreui adspersa ceteris uiris doctis, qui ampliorum illarum Relliquiarum pretio parcant. ad alteram uero partem maxime id pertinet, quod in fronte huius libri inscripsi. nimirum quo altius in conligendis et disponendis relliquiis eorum historicorum, qui adhuc dispersi et deserti iacuerunt, progressus sum, eo periculosius hoc opus esse intellexi adminiculaque extrinsecus repetenda, ut expectationi aliqua ex parte satis facerem neque sumptus eos fallerem, qui maiore opere typothetaeque admodum laborioso efflagitantur. itaque quae conlecta in scriniis dudum habebam, ea nunc disposita et secundum optimam quamque auctoritatem emendata in publicum edere statui: deesse multa, ut in tali re nunc primum incohata, alia parum recte huc relata esse uideri me non fugit, etsi omnia, quae maioris momenti pretiique sint, inesse spero. nunc eos, qui in his studiis uersantur, rogatos uelim, ut, quae addenda, quae eicienda, quae mutanda eis esse uideantur, mecum beneuole conmunicent, polliceorque me officio ante hos duodecim annos suscepto non defuturum adhibitisque omnibus auxiliis etiam alterum Relliquiarum uolumen eadem ratione qua prius elaboratum adiecturum esse, ne prius ipsum truncum fragmentum sit.

posita est, summae parsimoniae in eis coniecturis, quae ibi iam conmemoratae erant, et eligendis et significandis consulere potui, tum uero omnes eas, quae his duodecim annis inuentae sunt aut tum a me praetermissae, religiose conlegi, ut illam supellectilem supplerem. in altera autem tertiaque parte minus interest uerborum discrepantias omnes cognoscere, cum ipsa uerba raro transcripta sint, itaque eas tantum modo enotaui, quae ad res ipsas pertinerent, has uero plenius et adcuratius, itemque alias quasdam dubitationes inserui. In omnium autem trium librorum textu constituendo, ut res ferebat, magis abstinentiae et iudicii quam coniecturarum fecunditatis laudem adpetiui.

Indices confeci duos, unum scriptorum, alterum memorabilium nominum propriorum et rerum, tum tabulam rerum Romanarum ex temporum ordine digestarum; si qui etiam largiores desiderant, eos ad Relliquiarum corpus relego.

Subsidia denique, quae huic operi usui essent, diligenter conquisiui, Hertziique potissimum liberalitati et eruditioni in prima parte retractanda, Teuffelii historiae literarum Romanarum multa me debere grato animo profiteor, in plagulis autem emendandis egregie me adiuuit Conradi Seeligeri collegae adsiduitas et religio, cui etiam hoc loco gratias maximas ago.

Misniae mense Iunio MDCCCLXXXIII.

ADNOTATIO

1 | 21 ieiunius *Vrsinus*, iucundius *libri*. ‖ 2 | 7 *Quod in Reliquiis I p. 3 erat fragmentum primum, nunc cum O. Hirschfeldio Herm. IX p. 106 sq. in testimoniorum numerum transposui, quoniam testimonium Polybii de anno urbis conditae cum annalibus maximis nihil commune habet. quod uero idem 'Fastos' in parietibus regiae fixos a Dionysio dictos censet, ei adstipulari nondum possum, etsi in c. 73 (test. 4) eum annales maximos in animo habuisse recte etiam mihi nunc Schwegler Röm. Gesch. I p. 8 coniecisse uidetur.* ‖ 2 | 10 *ἀρχιερεῦσι Niebuhr, ἀγχιστεῦσι Dion. codd.* | 31 quum ut scr. *Halm*, qui sic scribit *Mommsen. crucis signum om. C. F. W. Müller. an* ut qui scribat? ‖ 8 | 9 in numerum fabi *codd. Christi*, in nostri Fabi *Hertz*, nimirum in *Dederich*. ‖ 21 | 30 *uid. ad Caton. fr. 23.* ‖ 22 | 1 milia octoginta tria *Niebuhr coni. Eutrop. I 7.* | 32 Capitolio *ed. princ. in erratis*, regnatoris ipsum populi Capitolium *Zinkius*. ‖ 23 | 5 Valerius Antias *Vrsinus*, ualerianus *codex, cf. Quellen des Plut. p. 46 sq.* | 26 pomtinae *uel* promptine *uel* pontiniae (pontine) *codd.*, Pometinae *uulg.* ‖ 26 | 24 'Ἑλένης] *Σειληνοῦ coni. Kiessling.* ‖ 30 | 3 *L. Aemilius pro Catulo rectius* Papus *nominatur.* | 12 *Mommsen Herm. XI p. 53 (=Forschungen II p. 389) scripsit* $\overline{\text{CCLXXXXVIIII}}$ CC, *ut Orosius cum Polybio II 24 (cuius catalogum ex eodem Fabio pendere ueri simillimum est) concineret, eumque secutus est Zangemeister.* ‖ 31 | 17 utrimque *del. Perizonius, Maduig, Müller.* ‖ 32 | 11 Repertores litterarum *pro glossemate esse eiciendum, pro* unde *scribendum* inde, *ut nunc ex Keilii editione uideo, iam ante me (Relliq. I p. 39) Schady, de Mar. Victor. libri I capite IV (Bonnae 1868) perspexit.* eadem quas *conieci pro* eas namque, *quam libr. scripturam Keilius retinet stigmate ante* namque *posito. cf. etiam Wilmanns de Varron. libris gramm. p. 121 sq.* | 13 *Litteras nunc secundum Keilium dedi.* ‖ 33 | 11 *κέχριται [sic sec. Müller. κέχρηται sec. Kiessling] κίρκεος καὶ καλπουρνίνος ἐπιχ. codex. καὶ Καλπούρνιος καὶ ἄλλοι ἐπιχ. Kiessling. ᾧ κέχρηται Λεύκιός τε Καλπούρνιος καὶ ἄλλοι συχνοὶ συγγραφεῖς Mommsen Röm. Forsch. II p. 199.* | 18 *πεισθῆναι scripsi, πεισθέντες cod., Müller scr. πεισθέντας et quod seq. καὶ transponit in u. 16 ante γνώμην.* ‖ 34 | 4 me *add. Maduig.* | 6 *post* equitum: ad Rhodanum *aut Liuius ex seqq. suppleri uoluit*

aut librariorum errore interciderunt. uid. Relliq. I p. CIX sq. | 11 *Filium ante patrem p. 113, 1 posui, ut libri eiusdem generis coniungerentur.* ‖ **35** | 4 Acilius *M. Hertz,* C. Acilius *Maduig,* C. Iulius *libri.* | 14 *ὅ γε κύλιος uel ὁ κεκύλιος libri; ὁ κεκίλιος Xylander, ὁ Καικίλιος Vossius, ὅ γε Κοίλιος Cramer et Meineke, ὅ γ' Ἀκύλιος Schwegler.* ‖ **36** | 1 C. Acilius *Heine.* Facilius *uel* Acilius *libri.* ‖ **38** | 30 tum scriptum *libri.* conscriptum *Halm in ed. Corn. Nep. p. 122.* ‖ **39** | 10 Euxeni *Reifferscheid.* | 11 Baias *in edit. Lionis.* ‖ **42** | 30 iligneis *O. Jahn et Orelli,* igneis *codex.* ‖ **43** | 20 consuerint *in Relliq. I p. 51 scripsi.* ‖ **44** | 30 *De fr. 9—11 uid. Relliq. I p. CXXXVIII sq.* ‖ **45** | 2 *In Hygini fabulas haec uerba ex Seruio ad Aen. I 570 inlata esse recte adnotauit M. Schmidt Hyg. fab. p. 144.* | 13 in ipso] finito *Mommsen.* | 16 in acie *Roth.* in arce *Paris. om. Regin.* ‖ **46** | 19 Tintirium *E. Hübner.* | 27 *Lydus auctorem suum neglegenter descripsit.* ‖ **47** | 23 *post* coepit *Mommsen interpunxit.* Coelius *codd. corr. Popma.* | 32 *Κάτων μέντοι τούτων in libris n. 28 post ἀμφοτέρων exstat, emend. Niebuhr et Mommsen.* ‖ **48** | 3 uana nec loco compl. *secundum R. Klotzium (ann. phil. 85 p. 316) in edit. Donati principe aliisque extat.* | 15 pedatu *Leopard., ut scripserat Cato, cf. fr. 136, Nonius tamen excerpsit* pedato. | 17 uetere prosapia *post me in Rell. I p. 60 etiam Quicherat in ed. Non., cf. Wölfflin m. Rh. n. XXXVII p. 95 sq.* | 21 sedis *Mommsen.* sedis ipsae *Hertz de hist. Rom. reliq. p. 17.* | 24 *fr. 32 cum 31 coniungunt Popma et Iordan.* | 27 Libui *Roth.* libii *uel* libyi *uel* libri *codd.* | 31 industriossime *Bergk Beitr. I p. 91.* ‖ **49** | 1 eum *libri praeter* φ^2, *in quo* eam. | 9 sqq. *Librorum scripturam proposui, quam sic emendandam esse conieci:* In Gallia *[sic Vrsinus]* Insubres *[sic Turnebus]* terna atque quaterna milia saliunt succidiarum. sus et q. s. ‖ **50** | 12 inuenerit *Paris.* inuenitur *Iordan.* | 13 eurundem sermonum *Paris.* eorundem sermonem *uulg.* eorum regionem *Cluuer.* eorum locorum dominium *Masuicius.* | 24 iuuenes *addidit Wagener.* ‖ **51** | 6 *Vide de hac fama Relliq. I p. CXXXX sq.* ‖ **52** | 5 in II originum *Bern.;* in IIII orig. ceteri libri *Hertzii.* | 14 in siciliam *Paris.,* siluam *Brissonius, cf. Valer. Max. I 6, 7. Obseq. 24.* | 28 *fr. 58 et 61 (p. 53, 5) a Prisciano in libro VII ad originum lib. I relata sunt.* | 30 Laebius *uel* Lebius *uel* Baebius *uel* Bebius *libri.* ‖ **53** | 20 si inde ignauis *libri,* si inde in nauis *Roth,* si indu nauis *Scaliger.* — putridas *Quicherat.* | 24 V *Wagener.* ‖ **54** | 7 Theseunti *uel* Thelunti *libri.* Rhegini Taurocini *ed. Egnatii,* Thesunti *Dübner.* Facelini *Wagener.* transeunti *Schneidewin.* Acheruntii *Roth conl. Plin. n. h. III 75.* | 10 Taurianum *Bergk Ztschr. f. Altert. 1845 p. 127 et Jordan.* | 11 pecolico *libri,* Paccolico *ed. Egnatii,* Phacelini *G. Hermann.* Phacelino *Bergk coll. Vib. Seq. p. 16.* Faceli. eo *Wagener.* Pecoli. eo *Dübner. cf. Varro in r. hum.*

lib. XI ap. Prob. p. 4 K. Iuxta Rhegium fluuii sunt continui septem Latapadon, Micodes, Eugiton, Stracteos, Polie, Molee, Argendes. | 35 originum primo *Paris.*, numerum *om. Cassell.* orig. quarto *Iordan et Thilo.* ‖ **55** | 3 in castris, *quod nunc deest ap. Gell., add. ex Nonio.* ‖ **56** | 3 consilium quidem istud aeque *uel* cons. istuc quidem atq., *uel* cons. quidem atque pr. *libri; recepi Bergkii coniecturam (Fleckeis. ann. CXIII p. 285);* consilium quidem fidele *[*fidum *libri recentiores]* istud atque prouidens *Maduig Aduers. II p. 592.* | 17 interim, dum ibi pugnatur *uel* inter ibịdẹ̄dū ea pugna *uel* interibi dum ea pugase *libri.* interibi dum ea pugna *[sic iam Bothe]* pugnatur *Bergk l. s.* | 20 usus uenit *libri* usu uenit *scripsi.* | 25 sanguen eius defl. *Hertz,* sanguen defluxerat 〈incognitum〉 cognouere *Bergk l. s. p. 286.* | 27 praehibuit *Bergk l. s.* illoque facto — seruauit *e Catonis uerbis remoui. Bergk l. s. ita supplendo eius tenorem restituisse sibi uisus est:* illoque facto, quod illos milites subduxit exercitum〈que〉 ceterum seruauit, huc usque 〈nobilitatur.〉 *(*huc usque *in solo P exstant.) at uid. Hertz in Fleckeis. ann. CXVII p. 255 sq.* | 29 qui *uel* qui[d] *libri.* quidem *scripsi.* Leonides Laco quia simile apud Th. f., propterea eius uirtutis omnis Graecia (*uel potius* omnes Graeci) gloriam et q. s. *Maduig Aduers. II p. 592.* Leonidas Laco qui sim. ap. Th. fecit, eius uirtutis 〈ergo〉 omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam rettulit. *uel anacoluthia uitata* eius uirtutis 〈ergo〉 ab omni Graecia gl. a. gr. pr. inuenit. *Bergk l. s. p. 286 sq.* | 30 Termopolas *Fleckeisen in annal. suis LXXXXIII p. 243* | 32 statuis; elogiis *Hertz distinxit, post* rebus *Iordan.* | 33 〈ita〉 gratissimum *uel* 〈ita ratissimum atque〉 grat. *Bergk l. s. p. 287.* ‖ **57** | 11 duodeuicesimo *Nonius falso legit atque excerpsit Gellium V 4, 5.* | 18 *Fr. 86 et 87 coniunxere Popma et Iordan. certe deest Hannibalis responsum.* | 19 ex origine 〈IV〉 M. Cat. *Hertz de hist. Rom. p. 18.* | 37 lege publicati et execrati *Wagener.* lege publica condemnati et execr. *Mommsen.* ‖ **58** | 4 *De Maduigi suspicione, qui c. 16, 1—2 ad Catonem rettulit (ed. Liu. uol. III 1 p. XXV, Hertz l. s. p. 14), cf. Weissenborn in ed. Weidmann.* | 20 *lege in marg.* 167. ‖ **59** | 18 copiosidque *Lauresh.*, copiosi *uulg.* copiose *Maduig.* | 24 quod] quom *Haupt.* ‖ **60** | 8 uinci. sed non *Maduig op. acad. II p. 125.* uicis. non *uel* uicisse non *libri.* | 19 perpessi sunt *Maduig Aduers. II p. 596.* | 35 uestrorum *[= uestrum]* qui *Gronou.* ‖ **61** | 8 pluria *Roth coll. Gell. V 21, 6.* | 14 taberit *VR,* aberit *P'*, oberit *Lambecius,* non abierit *Otho,* noxae erit *Gronou. (prob. Hertzio Vind. Gell. alt. p. 54.)* non oberit, quod fecerunt sed [quia] uol. *Maduig Adu. II p. 665.* | 17 minime uelim *Lambecius,* minime obici *[sic Jordan]* nolim *H. Sauppe, fort. recte.* | 24 Origine fluu. *libri,* Origine *del. Mercer.* | 28 peditatu atque alis *Hertz.* | 36 pilates *Festus in lemmate et Paulus,* pellates (= φελλάτης)

Leutsch. ‖ **63** | 25 dementia natum *Quicherat et Sauppe,* denuntia uatum *Schneidewin,* praenuntia uatum *Halm.* | 30 si] ius *Popma.* | 31 augurii scientiam *supplet Hertz de h. R. rel. p. 15.* | 33 *fort. rectius* lib. V. | 37 allutaciniatos *cod.* aluta cinctos *Haupt,* aluta uinctos *Mommsen.* ‖ **64** | 6 pallas *Roth.* | 9 et rutilius esse cinis *cod.* ut rutilus esset crinis *ed. pr.* cinis *del. Keil.* | 18 *Supplementa sunt Muelleri, exempli causa posita.* ‖ **65** | 8 legumine *Roth.* | 12 arator *uel* uruator *Ian,* aratorum *Roth.* ‖ **68** | 9 scit] scribit *Pithoeus.* | 28 *Supplementa codicis (de quo quaedam secundum A. Herrmannum adcuratius dedi) Keiliana inserui.* ‖ **69** | 13 et Pisoni *addidit Ritschl,* Cassio, censorio magis miraculo *Plüss Fleckeis. ann. CIII p. 295.* | 36 *cf. Vnger mus. Rh. n. XXXV p. 13.* ‖ **70** | 6 Et ut quo *Quicherat (nescio qua auctoritate).* | 27 neque qui *Sillig.* ‖ **71** | 6 in annos *libri.* | 20 *αἰδεσθέντων post τὴν τόλμαν ἢ transposuit Nauck ap. Mendelssohn.* | 24 *καύσιος cod. emend. Valesius.* | 29 uirgilio *Bamb. Paris.* Virginio *Zeunius.* — Manlio *Zeunius.* ‖ **72** | 8 marcus *libri.* Marcius *Lipsius.* tum C. Marcius consul primus *Freinsheim.* praetor *Popma.* post Romam conditam primum *Plüss Fleckeis. ann. CIII p. 296.* Tum C. Marcius pretio pr. *Maduig Aduers. II p. 657 ('Nisi tempus Cassii Heminae obstaret, scribendum erat cum Freinsheimo* C. Marius; *uidendum, ne exciderint nonnulla et haec uerba alius, non Cassii Heminae sint'). magis placet* pro consule, *cf. Oros. IIII 1. August. de ciu. d. III 17.* | 15 demoliuit *libri,* demoliuntur *uulg., cf. de hoc fr. Hertz de h. R. rel. p. 2 sq.* | 25 fuisse tradunt *Detlefsen.* | 29 libro IIII *Roth, ut hoc fr. ad ritum sacrorum Megalesiorum a. 204. 550 referri posset. cf. Lucret. II 618 sqq.* ‖ **73** | 15 omnis artis atque [*uel* adque] humanitus aguntur *Nonii libri p. 514 (etsi lemma est* humaniter*).* humanitus quae *Non. libri plerique p. 205.* omnis artis humanitus usque aguntur *Harless. ipse lacunae signum posui, qua aduerbium aliquod haustum esset.* ‖ **74** | 5 docet ita] locata *F. Schöll. ap. Thilonem.* | 10 uiuebant *Sigonius.* ‖ **77** | 24 *uid. supra ad p. 69, 17.* ‖ **79** | 9 *uid. adnot. ad Proc. fr. 1. p. 198, 13.* | 13 curtius *Flor. duo Paris.,* Curtium *uulg., ipse eieci.* | 14 atque et q. s. *corrupta (fort. lacuna.)* ‖ **81** | 35 cuius multorum annos unius praemio allicuit *Lex. Mai.* ‖ **82** | 10 Romam contendat *libri.* Roma concedat *Aldus.* | 12 *in marg. lege* 507/247. | 19 *Detlefsen ita scribit:* eum, cuius m. o. capta essent. hanc coronam et q. s. *ego etiam nunc Bergkium secutus sum.* | 26 C. Sicinium *Sigonius conl. Liu. III 54, 2 et Diodor. XI 68.* ‖ **84** | 9 *Vid. Rell. I p. CCI.* ‖ **85** | 30 anno. *δ.* septimo *Darmst. Vat.* annos *Plüss in Fleckeis. ann. CIII p. 294.* DC septimum *Lachmann.* ‖ **86** | 31 Trebulam *Roth.* ‖ **87** | 26 mala *inseruit Roth,* pessima *Hertz.* ‖ **89** | 5 fuerit] si erit, conturbo enim me et pito me Bruti Fanniana in Bruti epitoma Fan-

nianorum scripsi *Med.* conturbat etiam me in Bruti epitoma Fannianorum scriptum quod *Orelli in adn. secutus sum Wesenbergium, etsi non sine dubitatione.* ‖ 90 | 13 *fr. 2 fortasse rectius ad commentarium cum fr. 7 et 8 refertur.* | 27 tertio decimo *uel* XIIII *libri,* quattuordecim *scripsi in Relliq. I p. 143, cf. p. CCXI, sed idem ab Vrlichsio uind. Plin. p. 176 occupatum esse postea didici.* ‖ 91 | 1 sibi] qui *Sozomeni apogr.,* que *Montepulciani lib., Poggiani ex. apogr. om., emend. Kiessling et Schöll sec. Liu. II 33, 2* ii tres collegas sibi creauerunt. | 21 *Τουδιτανὸν anonymus, τὸν ἱκανὸν libri Sintenisii praeter duos codd., in quibus τουιτανὸν. an οἱ περὶ τὸν Τίτον, i. e. Liuium? qui quidem paene eosdem numeros tradidit XXXIIII 52, 4 seqq.; cf. Relliq. I p. CCXII, Weissenborn ad Liu. l. s.* ‖ 92 | 7 aut maiore collega *libri meliores paene omnes, quam scripturam Hertz in Fleckeis. ann. LXXXV p. 51 sq. defendit, cf. Cic. ad Att. IX 9, 3.* aut a minore collega maior rogari *Pighius.* ‖ 93 | 1 *An hoc fr. ad Gellii grammatici noctes Atticas pertinet? uerba ipsa esse turbata uidentur; uerius scribitur* quantas dicere eas ualuerint eorum ingenia. | 10 et 11 *litteras secundum Detlefsenium dedi, libri mss. uariant.* | 20 et metallus *Ricc.* ex mellis *cet. codd. Detlefs.,* ex melle *uolg.* ex metallis *Detlefsen.* | 26 Gellius *aut* Cellius *libri.* ‖ 94 | 1 Gelbianus *Ricc.* Gellianus *cet. libri Silligii.* Gellius *scripsi; cf. Relliq. I p. CCXXXXII.* | 4 C. Coelius *Mommsen cum maiore codd. auctoritate;* Cn. Gellio *iam Krause et Roth hoc fr. adsignauerunt, cf. Relliq. I l. s.* | 24 capit *(i. e. Hersilia) Kiessling.* | 30 date *libri,* dare *uulgo,* dato *Boot misc. phil. et paedag. n. s. fasc. 1 1851 p. 56.* | 33 posteris patriae *libri,* posteros patriae *Boot l. s.* ‖ 96 | 30 XXX *Priscianus.* ‖ 97 | 3 octogesimo octauo *libri, quam scripturam contra Pighii coniecturam* (nonagesimo secundo) *tuetur Mommsen.* | 17 annali VIII *Meltzer in Fleckeis. annal. CV p. 432.* | 19 Agellius *codd.* A. Gellius *Iunius,* Asellio *Augustinus adsentiente Meltzero l. s. p. 131 sq. etiam ipse nunc idem fr. in Asellionis fr. posui p. 109, 24.* ‖ 98 AD C. LAELIVM] *Ad L. Aelium Stilonem Coelium historias suas misisse recte Popmam coniecisse uideri (uid. Rell. I p. CCXVII) nunc crediderim Fr. Marxio (Studia Luciliana p. 96—98), qui scite apud Cornificium rhet. IIII, 12, 18, ubi contra codd. Lucilii nomen legebatur, eorum ueram scripturam Coelii restituit et defendit:* Et, si uerborum transiectionem uitabimus, nisi quae erit concinna, qua de re posterius loquemur; quo in uitio est Coelius assiduus, ut haec est: 'In priore libro has res ad te scriptas Luci misimus Aeli.' *quibuscum uerbis fr. 1 conparandum est, in quo item nunc p. 100, 5* L. Aelio *scribendum est. dubitatio quaedam de 'priore libro' relicta est.* ‖ 100 | 15 Tantum] Antipater *coni. Quicherat.* | 18 icitis *quidam codd.* ‖

101 | 11 s|||galli *uel* snegalli *libri,* Galliae *Frigell.* Semigalli *Maduig,* sane Galli *Harant.* ‖ **102** | 28 numina *Quicherat.* ‖ **103** | 27 ordinem *libri.* rationem *Weissenborn.* memoriam *Luchs.* | 34 [ut] uelites [a] sin. *Quicherat edidit.* ‖ **104** | 22 ⟨iuxta⟩ Tarentum *scripsi conl. Seruio a. h. l.* | 31 annali lib. *suspectum habet Quicherat.* | 32 At *Guyet.* ‖ **105** | 28 auorsum *libri,* aduorsum *uulg., ante* auorsum *interpunxit Roth.* | 32 lictoris] uictores *Maduig adu. II p. 667.* ‖ **106** | 2 amisso *libri,* amissa *Gerlach, fort. delendum.* | 4 si se *Meltzer.* | 5 *fort.* acta. | 29 petenti *libri* pete⟨re nolenti et uitam tranquillam quaere⟩nti *Hertz in progr. p. 18 sec. Plutarch.* | 33 et dixisse *libri,* eum dixisse *scripsi conl. Val. Max. I 7, 6* Id ex Graccho, priusquam tribunatum, in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi audierunt. Coelius etiam, certus Romanae historiae auctor, sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc uiuo peruenisse scribit. et dixisse multos *Hottinger,* et illum dixisse multis *Christ.* et dixisse ⟨eum⟩ multis *C. F. W. Müller.* ‖ **107** | 19 anaui *libri,* annali I *Mercer.* anna VI. *Speng. (sic etiam Quicherat.)* | 24 *post* libri *Nauta addidit* I *uel* II, *Roth* IV. | 26 *Coniunctio Bruti et Coelii epitomen significare uidetur; ceterum, nisi Charisius solum historicum Coelium nouisset, etiam de M. Coelio Rufo cogitare possis, qui etiam aliis locis socius Bruti est, Vell. II 36. Tac. dial. 25. Colum. praef. 30.* | 27 *De fr. 61—65 incertis, num ad hunc Coelium Antipatrum pertineant, uid. Relliq. I p. CCXXXIII sq.* | 29 lucilius *libri.* ‖ **108** | 4 celius *libri, ipse* Gellius *l. s. conieceram, quod recepit Keil. — Ammiani Marcellini locum XV 10, 10—11 a Wölfflino (Antioch. et Coel. p. 50—55) ad Coelium relatum in eius fragmentis ponere non ausus sum.* | 8 *Haec fragmenta nunc sub Clodii Ciceroniani nomine posui, etsi non omnis dubitatio remota est, cf. Fleckeisen. ann. 1882 p. 103 sq. Hertz in progr. p. 9.* | 11 φερομένας *Cobet.* ‖ **109** | 9 quid factum — esset *Nipperdey.* | 10 id est *libri.* ita *O. Jahn.* | 12 quid *Nipperdey.* | 15 ad rem pauperam faciendam *Plüss in Fleckeis. ann. CI p. 755 sp. (= Horazstud. p. 200.).* | 18 et eo libro *uel* ex eo libro *libri,* introierit ex eo ⟨et eo⟩ libro quae in b. *Hertz,* exin eo libro *Plüss l. s. p. 759,* introierit ex eo bello, quae⟨que⟩ in b. gesta sint *ipse conieci.* | 19 iterare id fabulas *Mommsen,* id fabulas *uulg. om.* | 20 aut int.] autem int. *uulgo.* | 22 iterare *uulgo om.* | 24 Asellio] *uid. adnot. ad Gell. fr.* 34 *p.* 97, 19 ‖ **110** | 31 mag. G. *plerique libri,* magistratum ς, magistrum architectona *cod. Buslidianus,* ad ἀρχιτέκτονα *Hertz cum duobus* ς *in vindic. Gell. alt. p. 34 sq.* | mole attenisium *uel* mole atheniē-siū *uel* more atheniensium *uel* moleatensium *libri,* Moelattensium *Kiessling,* ad magistrum Mytilenensium *Bergk in Fleckeis. ann. CIII p. 279.* | 34 mag. G. *uel* ma. g. G. *plerique libri.* magister graecus ς, magister ἀρχιτέκτων *uulgo,* ἀρχιτέκτων *Hertz.* ‖ **111** | 10

historiarum nono *Mommsen,* historiarum Romanarum nono docet *Hagen.* | 21 *De numero libri uid. Relliq. I p. CCL.* | 23 triarum *Paris.* historiarum VIII: Triariorum *Masuicius.* triariûm *Wölfflin Phil. XXXIII p. 66.* || **113** | 14 *Lacunam ita expleuit Reiske: μήτε παρὰ τοῖς φίλοις ὕποπτα uel προσδοκηθέντα.* || **114** | 10 *ἐπισφαλὲς εἶναι add. Schweighäuser.* || **116** | 6 *cf. Quellen d. Plutarch p. 86 sq.* || **119** | 14 lectu *Geel,* acta *libri.* || **120** | 6 transcripsit *Bern.* tres scripsit *Halm.* || **122** | 13 populi *del. J. Gronou.* populumque Rom. *uulg.* || **123** | 14 *Post* libro IIII *Rutilii uerba lacuna esse hausta uidentur, e quibus unum* uectigalium *fuit. Idem accidit u. 19, ubi Keil lacunam indicauit.* | 22 de uita sua *in cod. Vatic. 93, ut in aliis ueteribus exemplaribus.* de uita Scipionis *Areu.* || **125** | 22 *Quae nunc sunt Lutatii Daphnidis fragmenta, in Relliq. I p. 192—194 Q. Lutatio Catulo tributa erant fr. 6—13. Vid. Fleckeisen ann. CV p. 749 sqq.* | 25 *Πανὸς ἀγάπημα Toup, Π. ἄγαλμα J. Gronou., Lachmann,* agacema *plerique libri.* | 29 Daphnin Attio *Detlefsen,* daphni natio *libri.* || **126** | 2 existimatur *Haupt.* | 3 deorum curam egerat *libri.* quod earum chorum regat *Haupt,* quod Musarum existimetur, ut — ait *uel* quod earum chorum regat *Hertz in progr. p. 16 sq.* | 8 *Lacunam sic expleuit Roth* nunc tumulo conditum Neapoli uiseretur. | 15 *Vid. adn. ad p. 39, 10 sq.* | 20 idque *[sic Flor.]* factum esse *[sic Haun.]* — collega: Curtium appellatum *Iordan Topogr. I 1 p. 519. an* idque ⟨quod⟩ factum esset *[sic iam Müller],* — collega, Curtium app.*?* || **127** | 23 *an* credatis*?* || **130** | 17 *Λαβέρνην*] Aeserniam *Obseq. 54 (114), cf. Oros. V 18.* || **133** | 7 *fr. 17*[b] *primus in fragmentis Sullae posui, quoniam illud testimonium ex commentariis Sullae repetitum esse ueri simillimum est.* | 26 *Τίφατον Bochartus, Ἥφαιον libri.* || **137** | 3 et ui *delet Mommsen R. Forsch. II p. 181.* | 13 quemque *Falster, probante Maduigio aduers. II p. 606, at uid. Hertz uind. Gell. alt. p. 72 sq.* | in suos solent *Nonius.* || **138** | 3 facies] faciei *codd. Gell. R et B; uid. Gell. VIIII 14, 1:* Quod autem supra scriptum est in Q. Claudi uerbis 'propter magnitudinem atque inmanitatem facies', id nos aliquot ueteribus libris inspectis explorauimus atque ita esse, ut scripsimus, comperimus. — Corruptos autem quosdam libros repperi, in quibus 'faciei' scribtum est, illo, quod ante scribtum erat, obliterato. | 4 subito] *conieci* excubitori *coni. Liu. VII 10, 2, qui de eadem re haec:* ex statione ad dictatorem pergit. | 9 Metu magno] *aut cum Liuio VII 10, 9* Spe metuque magno *scripserim aut* Impetu magno. | 17 ne Gallus — haberet *in libris est post* subuertit*; huc transposuit Scaliger aut omnino deleuit.* | 20 *an* subuertit*?* | 25 annali I *Vnger.* | 27 quod his] quod eius *Palm.* quoad *Iac. v. Gigch (uid. Hertz in progr. p. 14).* | 29 *Hoc fr. iam ante me (uid. Relliq. I p. 211) ad Claudium rettulit L. Mercklin 'A. Gell. cap. quaedam ad fontes reuoc.' p. 12, id quod Hertz me docuit.* || **139** | 14 manum] *an*

uoltum? *cf. Liu. VII 26, 5* os oculosque hostis rostro et unguibus appetit. | 22 *Huius fr. hanc partem seruauit Gellius:* Ea dum fiunt, Latini subnixo animo, *hanc Nonius:* ea Latini subnixo animo ex uictoria inerti consilium ineunt. *cf. Relliq. I p. 213. Nonius in hoc fr. et 22. 23. 24 falso pro Claudio substituit Coelium.* | 28 et uictoriae certi *Canter.* | 34 persuadent *scripsi coll. Liu. VIII 27,* persuadenti *libri.* ‖ **140** | 36 inhermis in latebras se illatebrant *Nonii libri,* in salebras se ill. *Quicherat. uid. Relliq. I p. CCXXXIIII.* ‖ **141** | 2 Coelius libro II *Nonius.* | 14 mimis *uel* minus *libri,* minus *uulg.,* annus *scripsi.* | 30 priuisque ductoribus indit reticula *Lipsius.* ‖ **142** | 8 munita res *uel* munires *libri,* inuenit ea res *scripsi.* ‖ **143** | 17 *melius cum consuetudine Gelliana conuenire uidetur* annali, *quod Maduig adu. II p. 592 conmendat, at cf. Hertz Vind. Gell. alt. 43 sq.* | 30 hostis *coni. Guyet.* | 31 *fort.* cum *(uel* ut*)* hostem delectaret; *Quicherat* hostem *om.* | 34 suum] sunt *libri.* | 35 essent] sient *L. Müller in Fleckeis. ann. LXXXXVII p. 432.* ‖ **144** | 2 *Hertz in progr. p. 7 ita hunc locum constituit:* ut uiderent, ne res p. uerminaret litteris ad diua additis, quod uerminatum ne ad cancer perueniret. *Plüss in Fleckeis. ann. CIII p. 67 sq., qui hanc rem ad Numae libros a. 181. 573 conbustos reuocat:* in VIII hist.: ut uiderent, ne res p. uerminaret litteris ad dium datis ne et q. s., *cf. Hertz l. s. p. 20. antiquiores coniecturas habes apud Hertz. l. s. p. 7 et in Relliq. p. 222 sq.* | 24 capta *Mercer.* | 27 Decium *Augustinus,* Dasium *Roth,* Is ubi facie eum cogn. *uel* faciem cogn. *Plüss in Fleckeis. ann. CIII p. 66, referens ad Insubrem, qui facie cognouerit Flaminium eumque interfecerit (Liu. XXII 6).* | patriae *Iun.* ‖ **145** | 15 pugnando. *Gigch (ex Hertz progr. p. 15).* ‖ **148** | 9 *Fr. 71 Plüss in Fleckeis. annal. CIII p. 68 Catonem Valerio Flacco a. 184. 570 suffragari existumat, cf. Liu. XXXVIIII 41; fr. 72 idem refert ad murmur populi uictoria Pydnensi nuntiata.* | 20 Herius *C. Lachmann ad Lucret. IIII 568 p. 242.* | 25 Claudius lib. XVI agni *Nonii libri (praeter Flor., qui XV exhibet); numerum* XVI *tuetur Hertz progr. p. 8 fr. 77 et 78 coniungens.* | 26 grundibant grumiter pecus suillum *Nonius.* | 29 hinnibundae *(uel-e) libri praeter Flor. in quo* hinnibunde *scriptum est ut in lemmate; at cf. Lachmann ad Lucr. IIII 418 p. 236.* ‖ **149** | 28 opere magno *Lipsius,* impete magno *Gronou.* | 30 interposuit] *an* interea posuisset? ‖ **150** | 19 funditore *libri.* | 21 undecimo *pars librorum.* | 25 adolescentem *pars librorum.* placentem *Hertz in ed. min.* ‖ **151** | 14 exemplo *in Relliq. I p. 236 conieceram, quod postea Quicherat in textum recepit.* | 16 annali IIII: Pluuia *Aldin.* Pluuia *ut glossema Quicherat eiecit.* ‖ **153** | 10 insidiosa — fallacia *Reifferscheid.* | 20 ritum] fulguritum *Reifferscheid.* | 27 numa *cod.,* non maena *Reifferscheid,* tu maena *Hildebrand.* ‖

154 | 15 *De fr. 9 uid. Relliq. I p. CC, quo loco quod per errorem a Liuio Valerium pro Pisone positum esse suspicati sumus, frustra G. F. Vnger Philol. suppl. III 2 p. 158 sqq. Liuium eo crimine liberare uoluisse nobis uidetur.* ‖ **155** | 20 *De numero uid. Relliq. I p. CCCVI not., ubi corruptum eum esse statui idemque etiam p. 244; ipsum igitur contrarium atque ipse posueram, hoc loco me scripsisse rettulit G. F. Vnger l. s. p. 160, ubi XXIII librum uel propinquum illam rem continuisse coniecit.* ‖ **157** | 19 decem milia capitum, alibi *nunc cum Luchsio ex Laurent. sec. m. addidi; desunt in Putean.* ‖ **160** | 9 octoginta *Kreyssig.* ‖ **163** | 21 *cf. de hoc fr. Relliq. I p. 258 sq.* ‖ **173** | 30 Valerius et Antias — confirmant *libri.* ‖ **174** | 14 perduellionem ei iudicauit et *F. Gronou.* propter *inserui.* | 22 *Orosius sua sumpsit ex Liuio, id quod etiam periocha (67) aperte ostenditur:* Ab isdem hostibus Cn. Manlius cos. et Q. Seruilius Caepio procos. uicti proelio castris quoque binis exuti sunt, militum milia octoginta occisa, calonum et lixarum XL secundum Arausionem, *quo loco* Arausionem *emendauit Gronouius, cum* aprausionum *Naz. (*— nèm *a sec. m.) exhibeat. Maduig ante* secundum *lacunam statuit, Zangemeister in edit Oros. p. 314 ita coniecit* secundum ⟨Antiatem⟩ ap⟨ud⟩ Arausionem. | 24 Germanorum *uncis inclusi. cf. B. Sepp, Die Wanderung der Cimbern und Teutonen p. 70 sqq.* ‖ **175** | 7 *fort.* ut *ante* Antias *inserendum.* ‖ **177** | 20 *Omnino nihil ad textum emendandum, pauca ad fragmenta illustranda contulit A. Schneider, de L. Corn. Sisennae hist. reliq. dissert. Ienens. 1882.* | 33 At urbe condita iuxtim *Quicherat.* ‖ **178** | 13 sanguine *Baiter.* | 22 lecta *Roth,* tenta *Hertz in progr. p. 19,* amento aut *Bergk, röm. Schleudergesch. p. 58;* ingentia *ipse conieci.* | 27 *propter lemma Iunius ita mutat:* remulcat id est remulco retrahit. — poterant — trahit *Quicherat.* | 28 *Quicherat recte intellexit titulum* Nolitote pro nolite *in hoc capite, quod est 'De contrariis generibus uerborum', interpolatum esse, Sisennaeque exemplum coniungendum cum titulo antec. 'Miras pro miraris', in quo duo Varronis exempla afferuntur* (miras et mira.) — mirari *codd. exhibent praeter V, qui* mirare *seruauit.* ‖ **179** | 2 saga induunt *Schott,* s. sumuntur *uel* sumpta *Popma,* saga ponunt *Riese,* saga renuunt *Quicherat,* auctoritate sagati sumus *Maduig Adu. II p. 668,* saga reduunt *L. Lange in Curtii Stud. X p. 253 sq.* | 10 *an* et apertis lateribus . . . . . *?* | 13 *fort.* agris. | 19 quae *libri,* quaerant *Roth, ipse lacunam indicare malui.* | 24 C. Mutilus *uel* Consul Mutilus *Hertz in progr. p. 19.* Cornutus *W[ölfflin] Liter. Centralbl. 1871 col. 276,* Comatus *Bergk Schleudergesch. p. 82.* Conmotus *Quicherat.* | ex tempore signa *Lipsius.* | 25 steterant *Guilelm.* ‖ **180** | 2 lib. IIII *Harl.*[1] lib. III *Harl.*[2]. — tacite *Popma.* — aduenientium *libri,* aduenientiam *Popma,* aduentum *Roth,* aduenientium coh. praesentiam *Hertz*

in progr. p. 19. | 12 aut *Roth* sani *uel* san *libri* Spani *Mercer.* Sueui *Iunius et Bentley (mus. Rh. n. XXXIII p. 468).* | 14 aliis *Roth.* | 22 *fort.* Romanis praecipitatis ipsis *[sic Leid. et Wolf.]* supra caput uoluuntur *[sc. equi].* | 33 plerique *aut* plerisque *libri.* inermis *uel* inhermis *libri,* inermi *ex Iunii edit. recipiendum est, nisi etiam hic Nonius dormiuit.* ‖ **181** | 5 plautras corris *libri.* | 7 scorpiones *Quich., at falsum est Nonii lemma.* | 14 lib. III *Harl. Par. pr. LV,* IIII *Wolf. Flor. (Gerl. Quich.)* | tribuni *Roth.* | 18 atquem *Harl. LWV* ad quem *Par. pr.* | 33 animi *delet L. Müller in Fleckeis. ann. LXXXXVII p. 425.* animus *Quich. (contra codd.)* | 35 retro per collis *Roth,* secreto per callis *Bergk Schleudergesch. p. 105.* furculis *Quich.* ‖ **182** | 1 Asculanorum *Iunius,* Salapiorum *Popma,* Aeculanorum *Roth,* Aequiculanorum *Bergk l. s.* | 4 Titius quidam, cui inmensa [*uel* ingens] procacitas mentis ab natura tr. u. *conieci,* cui minus sobria mens a. n. tr. u. *Haupt.* | 7 proferre *Roth.* | 9 ⟨in⟩ tumulo [in excelso loco] *Quich.* | 10 infra *Roth,* intra *libri,* contra *Quich.* | 12 fluuiam *Quich. cum uulg.* | 13 perfinebat *uel* pertinebat *libri,* perfluebat *scripsi.* | 20 ⟨magis⟩ magisque *Guyet.* | 27 arbuto *Quich. (sic etiam Harl.*[2]*).* | 32 *fr. 62 libro III tribuit Schneider p. 24.* | 35 *fr. 63 in p. 256 s. u.* comparare *transponit Quich. (nescio qua auctoritate codd. lib. III scribens).* | 36 componunt *Mercer.* ‖ **183** | 10 propriae *Harl. L*[1] propriam *Popma* prosperae *W[ölfflin] Lit. Centralbl. 1871 col. 276.* | 18 accolis *libri,* III: iaculis *Hertz in progr. p. 20.* | 21 alii *uel* ali *libri,* Galli *Roth conl. fr. 29.* | 23 Galli *ante* contra *Harl.*[1] *et F*[2] *addunt.* ‖ **184** | 10 collecta *Iunius.* | 14 *fort.* collocatos. | 28 possim *libri,* passim *margo ed. Iun. ap. Gerl.* passu *P. Marquard de Aristox. thes. V (post eum L. Müller in Fleckeis. ann. LXXXXVII p. 428, Maduig Aduers. II p. 661).* | concitat aquam *libri,* concitata quam *Mercer.* concitato *Marquard et Maduig* ‖ **185** | 6 supra *libri,* sub *scripsi,* supra ostium munitionem *Riese.* | 23 res communes — constitissent *coni. Quicherat.* | 32 Popedius *libri, uulgo* Pompaedius *dicitur, at cf. Mendelssohn ad App. b. c. I 40, Zangemeister ad Oros. V. 18, 25.* | 34 repentes *Quich.* ‖ **186** | 5 prores] mioparones *suspicatur Quich.* | 25 litibus *edidit Quich. (et sic ante Mercer.),* legibus *Hertz in progr. p. 16,* luctibus *coni. Quicherat.* | 34 aera merita *Mercer,* uetera merita *Hertz in progr. p. 19.* | 35 aut uitae dignitatem *Teuffel in Fleckeis. ann. 1871 p. 280.* ‖ **187** | 1 uinum *libri, quod defendit Hertz in progr. p. 19,* uitium *uulg.* | 3 *fr. 117 ad libr. III referunt Riese et Schneider.* | 8 partha *uel* parta *libri,* paratae *Bentin., fort.* positae. | 16 *Vid. de hoc fr. L. Müller in Fleckeis. ann. LXXXXV p. 493.* | 19 celeriter] celeritudine *N. Faber propter lemma, quod in* celeritudinem *mutandum esse uidit.* | 30 ostium *mauult Quich.* | 32 historiarum lib. V *Nonius.* | 35

Sisenna historiae lib. I *Non. p. 167,* Sisenna historiarum *Non. p. 187.* ‖ **188** | 10 VIIII *Harl. Paris. pr. L* VIII *W* VII *F.* | 15 *fort.* plurimae nationes. ‖ **189** | 20 iter] notitiam *Ellendt,* memoriam *Kayser. De nomine* Congo *corrupto uid. Relliq. I p. 173.* ‖ **190** | 5 *cf. contra Rothium L. Müller Lucil. p. 245.* | 33 *Recepi P. Victorii scripturam, multas aliorum coniecturas uid. in Relliq. I p. CCCXXXXII sq.* ‖ **191** | 9 *Licinius Macer a Plinio cum Aemilio esse confusus uidetur, uid. Relliq. I p. CCCLII sq.* | 19 *De auctoritate huius fr. Liciniana uehementer dubitat H. Gelzer Iul. Afric. I p. 229.* ‖ **193** | 24 τοὺς Σαβίνους *Gelenius.* ‖ **194** | 35 *Locus corruptus necdum probabiliter sanatus, quem secundum libros mss. edidi. H. I. Müller sic nunc scripsit Mommsenum secutus:* suffectorum iis consulum praetermissa nomina [consulum horum]. Licinius — ad Monetae ea inuenta. *ipse haec suspicatus eram:* praetermissa ⟨nomina.⟩ nomina consulum h. Lic. — inuenta. ‖ **195** | 21 libri quosque *F. Lachmann,* libri ⟨librique⟩ quos *Mommsen, at cf. Relliq. I p. CCCXXXXIIII.* | 22 septimo *libri,* decimo *Glareanus et sic nouissimi editores plerique, at cf. Relliq. I p. 306.* ‖ **196** | 1 propriae *libri aliquot recent. prob. Maduigio.* ‖ **197** | 3 Licinius] aemilius *(uel* em.*) libri Prisciani Hertzi et Diomedes. — libri inscriptionem om. Diomedes.* | 6 *fr. 23 Relliq. (p. 309) nunc Clodio Licino adtribui (fr. 3).* Licinius in Marte *libri, quam scripturam defendit Th. Bergk in Fleckeis. ann. CI p. 832, comoediam Licinii Imbricis dictam esse existumans.* | 7 leuius *libri,* laeuis *Mercer.* ‖ **198** | 4 Aelius *uulgo.* Aelius *(uel* Cornelius*)* aut Lutatius *conieci. uid. Relliq. I p. CCLXXIIII not.* | 9 Mantum *Roth.* | 21 *Quod in Relliq. I p. 317 sequebatur fr. 4 (Pseudo-Asc. p. 171 Or. ad Cic. Verr. act. sec. I 19, 50), nunc eieci; temere errorem Rothi, qui Pseudo-Asconii locum parum recte intellexerat, amplexus eram.* ‖ **199** | 28 Quintus *Mommsen,* quoque *libri.* ‖ **200** | 14 antique *(id est studiose) Roth.* ‖ **202** | 21 *fr. 10 debetur A. Reiferscheidi coniecturae in annal. Horat. p. 5;* et ait uero *Memm.,* ut ait Varro *Bentley,* et a puero *uulg.* ‖ **205** | 9 *Hoc fr. recepi, etsi cum Rothio dubito an ex ipso Hortensio Cicero audiuerit, cf. ad Att. XIII 32, 3; 33, 3.* ‖ **206** | 4 Cosamque *apogr. Amerb. edit. Basil. em. Vossius.* ‖ **209** | 27 κομίζοντα περὶ Κατ. καὶ ζητουμένην *libri, corr. Sintenis coll. Cicer. uit. 15.* ‖ **210** | 3 *pro* Caesaris *ponendum est* Ciceronis. | 11 atenim *codex,* item *Br. Nake.* | 37 *eandem rem ex altero utro narrauit Vincent. Bellou. spec. hist. III 24, quem locum in contextu consulto omisi.* ‖ **211** | 7 *Quae, etiam a Baitero p. 49, ex hac epistula adduntur duo fragmenta ex Nonio s. u.* excipit *p. 293 M.* M. Tullius ad Pompeium lib. IIII: 'Quod si est, non modo iter meum interclusum sed me ipsum plane exceptum putabat': Et rursus: 'Admoniti sumus, ut caueremus ne exciperemur a

Caesare', *haec sumpta sunt ex ea epistula, quae inserta est epistulis ad Att. VIIII 11 D, quam scripsit 'M. Cicero imp. Cn. Magno procos.', id quod recte intellexit Quicherat ad Non. l. s.* | 17 quod ea scribis *Bücheler de Q. Tull. Cic. p. 15,* quoad scribis *Med.* ‖ **212** | 31 Decembres *add. Lipsius.* ‖ **214** | 10 nostrarum *Ernesti,* naturalium *libri.* ‖ **216** | 5 *annus est 753.* | 29 *uid. Ritschl parerg. I p. 55 sqq.* ‖ **217** | 8 *Etsi dubitanter, Baehrii coniecturam secutus (Pauly R. E. VI p. 847), hunc Saufeium facile amicum Attici L. Saufeium esse posse existumo, equitem Romanum, philosophum Epicureum, a quo librum quendam scriptum esse Cicero ad Att. XIIII 18, 4 (a. 43. 711) testatur; cf. Nep. Att. 12.* | 11 Casci *Masuicius et Burmann; cf. Schwegler röm. Gesch. I p. 202, Lewis Glaubwürd. I p. 273.* ‖ **218** | 13 *Cornelii Nepotis fragmenta libri geographici epistulaeque ad Ciceronem (Lactant. inst. diu. III 15, 10) seclusi.* | 24 *Hieronymus auctoritates Apollodori Euphorbique (pro quo Scaliger Ephorum posuit) atque Cornelii conmutasse uidetur.* | 31 *Quoniam Gellius § 1 'ex libris qui chronici appellantur' se excerpturum esse monuerat, asterisco in fr. 4 et 5 peperci.* ‖ **219** | 8 *Deest hic locus dubiae auctoritatis in cod. Heidelbergensi, itaque Mommsen eum in append. p. 237 posuit; utique numerus est corruptus: consules illi fuerunt a. u. c. 400 sec. Varron. (= 398 sec. Nepotem, fr. 3).* | 12 *fr. 7 dubitanter in chron. posui, quia hoc libro Plinius aliis locis, quod sciamus, non est usus.* | 25 *De hoc fr. foede corrupto uid. Keilii adnotationem: id unum adparet* prope *uel formam aliquam hinc deductam a Nepote cum datiuo coniunctam esse, etsi a ueri similitudine non abhorret illud testimonium fuisse Hannib. 8, 3* propius Tiberi quam Thermopylis. | 28 saepe] *uid. Nipperdeii adnot. in ed. mai a. h. l.* ‖ **220** | 4 *Vid. Nipperd. l. s. ad Hann. 5, 4 et praef. p. XXXV.* | 27 *Vid. Quellen d. Plut. p. 75.* | 31 *Nepotis testimonium in solis Italorum supplementis exstat (itaque apud Thilonem in adnotatione).* ‖ **222** | 5 XIII] XII *Nipperdey l. s. p. XXII.* | 8 de Latinis oratoribus *Nipperdey opusc. p. 99 sqq., ed. Cornel. mai. p. XXIIII.* | 13 aetatibus *Petauius; fort.* artibus. | 20 eorum *om. ed. Sauaronis. an* coram*?* | 35 paces (*uel* pacem) *Bergk Philol. VI 627, ni mendum in* expetere *latet.* ‖ **223** | 2 in *seclusit Halm.* | 17 conformauit orationē *cod.* ‖ **224** | 29 *fr. 3 Vid. Mercklin, Citiermethode d. Gell. p. 668, neque enim opus est pro* in exemplis repositum *cum Gronouio scribere* in exemplis Nepotis positum. ‖ **226** | 29 *Ex Plinio quaedam in Ioann. Lyd. de mag. III 63 p. 257 Bk. transfluxere, ita tamen, ut quae insequenti paragrapho Plinius narrat, ad Cornelii et Laberii auctoritatem relata sint.* | 36 *fr. 12. An ex libro Nepotis geographico, quo etiam aliis multis locis Plinius usus est?* ‖ **227** | 13 *Ne quid historicorum librorum hoc loco deesset, non ut Varronianae doctrinae am-*

plissimae rerum Romanarum antiquitatisque imago repraesentaretur, quorundam librorum, qui aperte ad historiam Romanam pertinent, fragmenta composui, Ritschelii Kettnerique (Varron. Studien p. 38 ff.) potissimum studiis in meum usum translatis. Facile quis etiam alia fragmenta, quae coniecturis probabilibus ad eosdem referantur, hic desiderauerit, sed nolui modum huius editionis consilio positum excedere, itaque ex solo libro XVIII Augustini de ciuitate dei fragmenta quaedam libris de gente populi Romani, cum hac origine carerent, inserui, quae quin ex eis repetita sint, nemo dubitare potest, ab eis autem Varronianae doctrinae relliquiis, quibus ne auctor quidem adscriptus est, etsi inuitus, manus cohibui. ‖ **229** | 7 annos *Darmst.* anni sunt *Iahn.* — *Interciderunt:* hinc ad excidium Troiae anni octingenti *(Iahn) uel* computarunt. hinc ad exc. Tr. annos DCCC *(Hultsch).* | 12 Timaeus] Thrasyllus *Fischer Gr. Zeitt. p. 11 coll. Clem. Alex. I p. 335 D.* | Aretes] eretes *Darmst. Vatic.* Crates *coni. Iahn.* ‖ **236** | 2 *Numerum libri annalium intercidisse uult Ritschl opusc. III p. 448.* | 4 scriptulis *Putsch.* | 5 *Hoc fr. ex annalibus sumptum esse recte Ritschl op. III p. 449 ex initio cap. Gelliani conclusit, ubi haec exstant* excerpebamus ex libris qui chronici appellantur. | 11 *Schol. Veron. ad Aen. II 717 (cf. Relliq. I p. 96)* Varro secundo historiarum *ad antiquitates humanas pertinet, uid. Roth p. 404 sq.* ‖ **237** | 25 *Detlefsen in ind. Plin. I p. 99 ad oratorem refert, de quo uid. Cic. Brut. 33, 127.* ‖ **239** | 16 *Quae P. E. Sonnenburg (Hist. Untersuchungen A. Schaefer gewidmet p. 158 sqq.) contra illam coniecturam, qua Volusius Catulli et Tanusius Senecae confusi sunt, protulit, non tantum ualent, ut illa inprobetur.* ‖ **240** | 12 *Geminus apud Macrobium sat. I 16, 33 uidetur Cincius (qui ab eo Cingius appellatur) esse.* | 28 *uid. ad p. 107, 26.* ‖ **241** | 29 *cf. Quellen des Plut. p. 137 sq.* ‖ **242** | 24 *Empylus fort. Rhodius, cuius meminit Quintilianus inst. X 6, 4* ‖ **243** | 4 *Munatii librum recepi, quia non constat, utrum etiam historiae seruierit an soli Catonis laudationi, obtrectationi Caesaris; cf. Quellen d. Plut. p. 65 sq.* ‖ **246** | 1 *Etiam Fadii liber utrum in meris laudationibus ponendus sit ut Bruti et Ciceronis (qui etiam in dialogi forma conpositus erat) an hic enumerandus, nescitur.* ‖ **247** | 6 Ambronas *Oudendorp.* | 10 Naso *Mancinellus,* uasa *codd.* | 12 *cf. Buecheler in Fleckeis. ann. CXI p. 136, qui de altera expeditione Britannica cogitat.* ‖ **248** | 8 *Forsitan quis etiam haec ad Cornelii Balbi* Ἐξηγητικά *(Vergilii, Macrob. sat. III 6, 16) rettulerit; certe ad Aen. X 145 multa de Capye Seruius adnotauit, itaque etiam Cornelius Balbus in eodem libro huius rei facile mentionem facere potuit.* | 28 uulgu *ex lemmate Bondamus addidit.* ‖ **249** | 27 *Non est dubium, quin etiam quae secuntur in hoc capite paragraphi ex Oppio Hyginoque sumptae sint.* | 29 Cassii] *an* Caesaris? ‖ **250** | 16 *fr. 8*

rectius Opilii (uel, ut Detlefsen scribit, Ofilii) esse uideatur, qui in indice libri XXVIII (in libro § 38) citatus est. | 19 Quae apud Macrobium et Festum Paulumue sub Oppii nomine exstant, ad Aurelium Opilium (cuius fragmenta collecta habes apud Eggerum serm. uet. reliq. p. 27 sqq.) pertinent, uariae doctrinae hominem. — Pseudo-Ascon. p. 171 Or. ad Cic. Verr. I 19, 50 non est fragmentum Oppii, ut Roth p. 579 uoluit, sermo potius est de P. Oppio quaestore M. Aurelii Cottae. | 28 cf. Quellen d. Plut. p. 144 sq. ‖ **251** | 5 ἀδέλφιος codd., corr. Casaubonus. | 7 an ex Dellii historia? ‖ **253** | 5 in Vitelliis commentariis cod. Agob., emend. G. Vossius ad Vellei II 59, 1, quam coniecturam ab Oehlero omissam recte tutatus est Weichert (Imper. Caes. Aug. reliq. I p. 203). | 15 Dubitanter Fabricium aliosque secutus haec uerba in conmentariorum fragmentis posui; cf. mon. Ancyr. III 7 p. 36 Momms., ex quo loco numeros a Cassio confusos esse adparet. ‖ **254** | 1 lemniscatis Lion edidit, lemniscis Burmann. | 7 noui Lion. ‖ **255** | 34 τὴν ἡμέραν] τὴν ἐπιδημίαν coni. Mendelssohn. ‖ **258** | 10 post τῶν ὑπομνημάτων Mendelssohn τῶν Καίσαρος interponendum esse censet. | 19 lege in marg. 36|718. | A. Schmidt Ztschr. f. Geschichtswiss. I p. 333 in diurna hoc ab Augusto insertum esse censet coll. Suet. Aug. 64. Dion. Cass. LVII 12; 23. Tac. ann. XIII 18. ‖ **259** | 13 et **260** | 14 Krause de font. Suet. p. 34 sq. haec fr. (17 et 20) ex epistulis sumpta esse uult. | 23 Fragm. 22—24 admodum dubium est num ad commentarios recte relata sint. ‖ **261** | 4 Nunc plerique uiri docti de Maecenatis historia dubitant, neque tamen uideo, cur ut Agrippam ita etiam Maecenatem de uita sua scripsisse negem. — Quae apud grammaticos Maecenatis fragmenta exstant, omnia ex carminibus, quae sola aetatem quandam tulisse uidentur, originem ducunt. ‖ **262** | 7 Vid. Fleckeisen. annal. CXIX p. 420 sqq. ‖ **263** | 27 sq. De hoc loco multi multa protulere, uelut Thorbecke de Asin. Poll. p. 110 sq., Kraner praef. Caes. Tauchn. p. XX sq., Nipperdey opusc. p. 589 (qui delet cum Casaubono εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, cum Schaefero ἵνα, tum scribit Ἑλληνιστὶ δ' ὑπ' ἐμοῦ γέγραπται), Thouret Leipz. Stud. I p. 338 sqq. omnes autem difficultates (nam Latina Asinium usum esse in historia lingua constat) remotae erunt, si scripseris Ἑλληνιστὶ μὲν ἀναφθέγξασθαι τὸν Καίσαρα —, Ῥωμαϊστὶ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι. cf. Suet. Caes. 82 Καὶ σὺ τέκνον. Messall. Coru. fr. 1. ‖ **265** | 20 Hoc ex Asinii historiis sumptum esse inde colligitur; quod uerba sunt Cremutii Cordi de editis annalibus dicentis et sui defendendi causa primum praeter Asinium Titum Liuium et Messallam Coruinum adferentis. | 25 Si hoc fr. ex historicis excerptum est, ad Tiberium, quae uulgata est opinio, cuius pertinere non potest, nam a. 7. 760 eo missus est. (Suet. Tib. 16 Nuntiata Illyrici defectione transiit ad curam noui belli

45*. *Seru. ad Aen. X 179* Cato originum, qui Pisas 10 tenuerint ante aduentum Etruscorum negat sibi conpertum, sed inueniri, Tarchonem Tyrrheno oriundum, postquam † eurundem sermonum ceperit, Pisas condidisse, cum ante regionem eandem Teutanes quidam Graece loquentes possederint. 15

46*. *Seru. ad Aen. X 184* Intempestas ergo Grauiscas accipimus pestilentes et secundum Plinium in naturali historia et Catonem in originibus, ut intempestas intellegas sine temperie, id est tranquillitate. nam, ut ait Cato, ideo Grauiscae dictae sunt, quod grauem aerem sustinent. 20

47.** *Plin. n. h. III 51* Intus coloniae Falisca Argis orta, ut auctor est Cato.

48.** *Seru. ad Aen. VII 697* Hos [*lucos Capenos*] dicit Cato Veientum *iuuenes* condidisse auxilio regis Propertii, qui eos Capenam, cum adoleuissent, miserat. 25

49.** *Plin. n. h. III 114* Ameriam supra scriptam Cato ante Persei bellum conditam annis DCCCCLIIII prodit.

50.** *Dionys. II 49* *Κάτων δὲ Πόρκιος τὸ μὲν ὄνομα τῷ Σαβίνων ἔθνει τεθῆναί φησιν ἐπὶ Σάβου τοῦ Σάγκου δαίμονος ἐπιχωρίου, τοῦτον δὲ τὸν Σάγκον ὑπό τινων πί- 30 στιον καλεῖσθαι Δία. πρώτην δ' αὐτῶν οἴκησιν ἀποφαίνει γενέσθαι κώμην τινὰ καλουμένην Τεστροῦναν ἀγχοῦ πόλεως Ἀμιτέρνης κειμένην, ἐξ ἧς ὁρμηθέντας τότε Σαβίνους εἰς τὴν Ῥεατίνην ἐμβαλεῖν Ἀβοριγίνων ἅμα κατοικούντων καὶ πόλιν αὐτῶν τὴν ἐπιφανεστάτην Κοτυλίας πολέμῳ χειρωσα- 35 μένους κατασχεῖν. ἐκ δὲ τῆς Ῥεατίνης ἀποικίας ἀποστειλαν-*

τας ἄλλας τε πόλεις κτίσαι πολλάς, ἐν αἷς οἰκεῖν ἀτειχίστοις, καὶ δὴ καὶ τὰς προσαγορευομένας Κύρεις· χώραν δὲ κατασχεῖν τῆς μὲν Ἀδριανῆς θαλάττης ἀπέχουσαν ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίους σταδίους, τῆς δὲ Τυρρηνικῆς τετταράκοντα πρὸς διακοσίοις· μῆκος δὲ αὐτῆς εἶναί φησιν ὀλίγῳ μεῖον σταδίων χιλίων. Ἔστι δέ τις καὶ ἄλλος ὑπὲρ τῶν Σαβίνων ἐν ἱστορίαις ἐπιχωρίοις λεγόμενος λόγος, ὡς Λακεδαιμονίων ἐποικησάντων αὐτοῖς καθ' ὃν χρόνον ἐπιτροπεύων Εὔνομον τὸν ἀδελφιδοῦν Λυκοῦργος ἔθετο τῇ Σπάρτῃ τοὺς νόμους. ἀχθομένους γάρ τινας τῇ σκληρότητι τῆς νομοθεσίας καὶ διαστάντας ἀπὸ τῶν ἑτέρων οἴχεσθαι τὸ παράπαν ἐκ τῆς πόλεως· ἔπειτα διὰ πελάγους πολλοῦ φερομένους εὔξασθαι τοῖς θεοῖς (πόθον γάρ τινα ὑπελθεῖν αὐτοὺς ὁποιασδήποτε γῆς) εἰς ἣν ἂν ἔλθωσι πρώτην, ἐν ταύτῃ κατοικήσειν, καταχθέντας δὲ τῆς Ἰταλίας περὶ τὰ καλούμενα Πωμεντῖνα πεδία τό τε χωρίον, ἐν ᾧ πρῶτον ὡρμίσαντο, Φορωνίαν ἀπὸ τῆς πελαγίου φορήσεως ὀνομάσαι καὶ θεᾶς ἱερὸν ἱδρύσασθαι Φορωνίας, ᾗ τὰς εὐχὰς ἔθεντο· ἣν νῦν ἑνὸς ἀλλαγῇ γράμματος Φερωνίαν καλοῦσιν. ἐκεῖθεν δ' ὁρμηθέντας αὐτῶν τινας συνοίκους τοῖς Σαβίνοις γενέσθαι· καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν νομίμων εἶναι Σαβίνων Λακωνικά, μάλιστα δὲ τὸ φιλοπόλεμόν τε καὶ τὸ λιτοδίαιτον καὶ παρὰ πάντα τὰ ἔργα τοῦ βίου σκληρόν.

51**. *Seru. ad Aen. VIII 638* Curibusque seueris] Aut 'seueris' disciplina aut rem hoc uerbo reconditam dixit, quia Sabini a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium Italicarum [*fr. 9*], a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam uenit et expulsis Siculis tenuit loca, quae Sabini habent. — Cato autem et Gellius [*fr. 10*] a Sabo Lacedaemonio trahere eos originem referunt; porro Lacedaemonios durissimos fuisse omnis lectio docet, Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum idem Cato dicit: merito ergo 'seueris', qui et a duris parentibus orti sunt, et quorum disciplinam uictores Romani in multis secuti sunt.

52*. *Varr. de r. r. II 3, 3* De quarum uelocitate in originum libro Cato scribit haec: In Sauracti *et* Fiscello caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo pedes plus sexagenos. *(ex Varrone Crescentius rur. comm. VIIII 76.)*

53. *Priscian. VIIII p. 487 H.* Cato in II originum: 5 Marsus hostem occidit prius quam Paelignus; propterea Marrucini uocantur, de Marso detorsum nomen.

54*. *Seru. ad Aen. V 564* Polite progenies] Illum dicit, quem supra a Pyrrho introduxit occisum, de quo Cato in originibus dicit, quod ad Italiam uenerit et segregatus 10 ab Aenea condiderit oppidum Politorium a suo nomine.

55*. *Seru. ad Aen. X 541* Cato in originibus ita ait: Lauini boues immolatos, priusquam caederentur, profugisse in siluam.

56.** *Solin. 2, 8 p. 35 M.* Tibur, sicut Cato facit 15 testimonium, [*conditum*] a Catillo Arcade, praefecto classis Euandri, sicut Sextius, ab Argiua iuuentute. Catillus enim, Amphiarai filius, post prodigialem patris apud Thebas interitum Oeclei aui iussu cum omni fetu uer sacrum missus tres liberos in Italia procreauit, Tiburtum, Co- 20 ram, Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae ueteribus Sicanis a nomine Tiburti fratris natu maximi urbem uocauerunt.

57. *Priscian. X p. 537 H.* Cato in II originum: In campo Tiburti, ubi hordeum demessuit, idem in montibus 25 serit, ubi hordeum idem iterum metit. (In campo — demessuit *etiam part. XII uers. Aen. 132 p. 490 K.*)

58. *Priscian. IIII p. 129 H.* Cato Censorius — ibidem (in II originum): Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laeuius Tusculanus dedicauit dictator Latinus. hi populi 30 communiter: Tusculanus, Aricinus, Lanuuinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis Rutulus. (Pop. communiter — Ardeatis *etiam VII p. 337 H.*)

59*. *Schol. Veron. ad Verg. Aen. VII 681 p. 99 K.* [*Ca*]to in originibus ait, Caeculum uirgines aquam petentes 35 in foco inuenisse ideoque Vulcani [*filium eum ex*]istimasse;

et quod oculos exiguos haberet, Caeculum appellatum. hic colle[*cticiis*] pastoribus [*urbem Praene*]ste fundauit.

60.** *Seru. ad Aen. VII 682* Cato dicit: Quia is locus montibus praestet, Praeneste oppido nomen dedit.

61. *Priscian. IIII p. 129 et VII p. 337 H.* Cato Censorius — in II (originum): Si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur. 5

62.** *Seru. ad Aen. XI 567* Licet [*Metabus*] Priuernas esset, tamen, quia in Tuscorum iure paene omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum omnium odia ferebantur. nam 10 pulsus fuerat a gente Volscorum, quae etiam ipsa Etruscorum potestate regebatur, quod Cato plenissime executus est.

63. *Fest. s. u. sublimauit p. 306 M.* Sublimauit dixit *Cato* — originum l. II: In maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimauit. 15

64. *Charis. I p. 91 K.* Ques autem dixisse ueteres testimonio est Cato, qui ait originum II: Quescumque Romae regnauissent. *(= Prisc. XIII p. 9 H. libro omisso.)*

65. *Non. s. u. putidum p. 152* Cato originum libro II: Si inde in nauis putidas atque sentinosas commeatum ponere 20 uolebant:

66. *Priscian. V p. 152 H.* Cato in II originum: Itaque res uber fuit, antequam legiones . . . .

67. *Priscian. V p. 171 H.* Cato in II: Ex sale, qui apud Karthaginenses fit. *(= Alcuin. p. 2091 P. omisso* 25 *numero.)*

EX LIBRO III.

68.** *Plin. n. h. III 98* Praeterea interisse Thebas Lucanas Cato auctor est.

69.** *Vellei. I 7, 2* Quidam huius [*Hesiodi*] temporis tractu aiunt a Tuscis Capuam Nolamque conditam ante an- 30 nos fere octingentos et triginta, quibus equidem adsenserim. Sed M. Cato quantum differt! qui dicat Capuam ab eisdem Tuscis conditam ac subinde Nolam; stetisse autem Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter ducentis et sexaginta. quod si ita est, cum sint a Capua capta anni ducenti 35 et quadraginta, ut condita est, anni sunt fere quingenti. ego,

pace diligentiae Catonis dixerim, uix crediderim tam mature tantam urbem creuisse, floruisse, concidisse, resurrexisse.

70.** *Seru. ad Aen. III 402* Ait Cato, a Philocteta condita iam pridem ciuitate [*Peteliae*] murum tantum factum. 5

71. *Prob. in Verg. bucol. p. 4 K.* Item Cato originum III: † Theseunti Tauriani uocantur de fluuio, qui propter fluit. id oppidum Aurunci primo possederunt, inde Achaei Troia domum redeuntes. in eorum agro fluuii sunt sex; septimus finem Rheginum atque Taurinum dispertit; fluuii 10 nomen est Pecoli. Eo Orestem cum Iphigenia atque Pylade dicunt maternam necem expiatum uenisse, et non longinqua memoria est, cum in arbore ensem uiderunt, quem Orestes abiens reliquisse dicitur.

72. *Festus s. u. oreae p. 182 M.* Cato originum l. III: 15 Equos respondit: Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. *(cf. Aristot. rhet. II 20.)*

73. *Gell. XVII 13, 3* Ex quo illa significatio [*u. quin*] non abhorret, quae est in tertia origine M. Catonis: Haut eos — eo postremum scribo, quin populi et boni et strenui sient. 20

74. *Charis. I p. 73 K.* Cato originum III: Laserpitium pro pulmentario habet.

75. *Charis. I p. 73 K.* Cato — in eodem (originum III): Multo pulmento usi.

76.** *Seru. ad Aen. VIIII 603* Italiae disciplina et 25 uita laudatur, quam et Cato in originibus et Varro in gente populi Romani [*fr. 20*] commemorat.

EX LIBRO IIII

77. *Gell. II 28, 6* Verba Catonis ex originum quarto haec sunt: Non lubet scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est, quotiens annona cara, quotiens lunae 30 aut solis lumine caligo aut quid obstiterit.

78. *Fest. s. u. mapalia p. 146 M.* Cato originum libro quarto: Mapalia uocantur ubi habitant [*Poeni*], ea quasi cohortes rotundae sunt. = *Seru. ad Aen. I 421* Cato originum magalia aedificia quasi coortes rotundas dicit. 35

79. *Gell. V 21, 17* Item M. Cato in IIII originum eodem in loco ter hoc uerbum posuit: Compluriens eorum milites mercennarii inter se multi alteri alteros in castris occidere, compluriens multi simul ad hostis transfugere, compluriens in imperatorem impetum facere. (*Ex eo Nonius s. u. compluriens p. 87* Idem [*Cato*] originum l. IIII: Compluriens eorum — occidere.) 5

80.** *Seru. ad Aen. IIII 682* Exstinxti te meque soror populumque patresque Sidonios urbemque tuam] Quidam hoc loco uolunt tres partes politiae conprehensas, populi, optimatium, regiae potestatis. Cato enim ait de tribus istis partibus ordinatam fuisse Carthaginem. 10

81. *Priscian. VI p. 254 H.* Cato tamen os protulit in IIII originum: Si quis membrum rupit aut os fregit, talione proximus cognatus ulciscitur. 15

82. *Gell. XI 1, 6* Non esse abs re putaui notare quod M. Cato aliter dixit. nam in IIII originum uerba haec sunt: Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit.

83*. *Gell. III 7* Pulcrum, dii boni, facinus Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato libris originum de Q. Caedicio, tribuno militum, scriptum reliquit. 258/496

Id profecto est ad hanc ferme sententiam: Imperator Poenus in terra Sicilia bello Karthaginensi primo obuiam Romano exercitu progreditur, colleis locosque idoneos prior occupat. milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi et perniciei obnoxium. Tribunus ad consulem uenit, ostendit exitium de loci importunitate et hostium circumstantia maturum. 'Censeo' inquit 'si rem seruare uis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad uerrucam illam (sic enim Cato locum editum asperumque appellat) ire iubeas eamque uti occupent, imperes horterisque; hostes profecto ubi id uiderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occursandum pugnandumque in eos praeuertentur unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur. tunc interea occu- 25 30 35

patis in ea caede hostibus, tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. alia nisi haec salutis uia nulla est.' Consul tribuno respondit, consultum istuc quidem atque prouidens sibi uiderier, 'sed istos' inquit 'milites quadringentos ad eum locum in hostium cuneos quisnam erit qui ducat?' 5 'Si alium' inquit tribunus 'neminem reperis, me licet ad hoc periculum utare; ego hanc tibi et rei p. animam do.' Consul tribuno gratias laudesque agit. tribunus et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. hostes eorum audaciam demirantur, quorsum ire pergant, in expectando sunt. sed 10 ubi apparuit, ad eam uerrucam occupandam iter intendere, mittit aduersum illos imperator Karthaginiensis peditatum equitatumque, quos in exercitu uiros habuit strenuissimos. Romani milites circumueniuntur, circumuenti repugnant. fit praelium diu anceps. tandem superat multi- 15 tudo. quadringenti omnes cum uno, perfossi gladiis aut missilibus operti, cadunt. Consul interibi, dum ea pugna pugnatur, se in locos tutos atque editos subducit.

Sed quod illi tribuno, duci militum quadringentorum, diuinitus in eo praelio usu uenit, non iam nostris, sed ipsius 20 Catonis uerbis subiecimus: Dii immortales tribuno militum fortunam ex uirtute eius dedere. nam ita euenit: cum saucius multifariam ibi factus esset, tamen uulnus capiti nullum euenit, eumque inter mortuos defetigatum uulneribus atque quod sanguen defluxerat, cognouere. eum sustu- 25 lere, isque conualuit saepeque postilla operam rei p. fortem atque strenuam perhibuit [illoque facto, quod illos milites subduxit, exercitum ceterum seruauit]. Sed idem benefactum, quo in loco ponas, nimium interest. Leonides Laco quidem simile apud Thermopylas fecit, propter eius uirtutes omnis 30 Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decorauere monumentis, signis, statuis, elogiis, historiis aliisque rebus; gratissimum id eius factum habuere. at tribuno militum parua laus pro factis relicta, qui idem fecerat atque rem seruauerat. 35

Hanc Q. Caedici tribuni uirtutem M. Cato tali suo testimonio decorauit. (*Ex Gellio* [*p. 55 u. 30*] *Nonius s.*

u. uerrruca p. 187 Censeo — imperes. *cf. Quintil. inst. VIII 3, 48. (ex eo Eckstein. anecd. Par. p. 20.) = Cicer. de sen. 20, 75* Legiones nostras, quod scripsi in originibus, in eum locum saepe profectas alacri animo et erecto unde se redituras numquam arbitrarentur. *Tuscul. I 42, 101* Sed 5 quid duces et principes nominem, cum legiones scribat Cato saepe alacris in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur. — *P. 56 u. 28 = Vopisc. Prob. 1, 1. uid. Gell. fr. 1.* 218/536

84. *Non s. u. duodeuicesimo p. 100* Cato in quarto originum: Deinde duoetuicesimo anno post dimissum bellum, quod quattuor et uiginti annos fuit, Carthaginienses sextum de foedere decessere. = *Gell. X 1, 10* In M. autem Catonis quarta origine ita perscribtum est: Carthaginienses — decessere. 15

85.** *Seru. ad Aen. X 13* Alpes — quae secundum Catonem et Liuium [*XXI 35, 8*] muri uice tuebantur Italiam. 216/538

86*. *Gell. X 24, 7* Et historiam autem et uerbum hoc sumpsit Coelius ex origine M. Catonis, in qua ita scriptum est: Igitur dictatorem Karthaginiensium magister equitum 20 monuit: 'Mitte mecum Romam equitatum: diequinti in Capitolio tibi cena cocta erit'. *(ex Gellio Macrob. I 4, 26. cf. Coel. fr. 25.)*

87. *Gell. II 19, 9* M. Cato in quarto originum: Deinde dictator iubet postridie magistrum equitum arcessi: 'Mittam 25 te, si uis, cum equitibus'. 'Sero est' inquit magister equitum 'iam resciuere'.

88*. *Plin. n. h. VIII 11* Antipater auctor est, duos [*elephantos*] Antiocho regi in bellicis usibus celebres etiam cognominibus fuisse. etenim nouere ea. certe Cato, cum 30 imperatorum nomina annalibus detraxerit, eum qui fortissime proeliatus esset in Punica acie, Surum tradidit uocatum altero dente mutilato.

89.** *Seru. ad. Aen. III 707* Cato pluraliter haec Drepana dicit. 35

90. *Priscian. VIII p. 382 H.* Cato in IIII originum: Duo exules lege publica . . . . . . et execrari.

91. *Gell. XI 3, 2* **Videbam — M. Catonem in originum quarto: 'Praelium factum depugnatumque pro castris' scribsisse.**

EX LIBRO V

195/559 **92**.** *Liu. XXXIIII 15, 9* Cato ipse, haud sane detractator laudum suarum, multos *(pugna cum Hispanis ad* 5 *Emporias commissa)* caesos ait, numerum non adscribit.

93*. *Gell. II 22, 28* Sed quod ait uentum, qui ex terra Gallia flaret, circium appellari, M. Cato in libris originum eum uentum 'cercium' dicit, non 'circium'. nam cum de Hispanis scriberet, qui citra Hiberum colunt, uerba haec 10 posuit: Sed in his regionibus ferrareae, argenti fodinae pulcherrimae, mons ex sale mero magnus, quantum demas, tantum adcrescit. uentus cercius, cum loquare, buccam implet, armatum hominem, plaustrum oneratum percellit. = *Apul. de mund. c. 14* Cato autem in libris originum non 15 circium sed cercium dicit.

94*. *Priscian. VII p. 293 H.* M. Cato in originibus: Dotes filiabus suis non dant. *(Cantabri, cf. Strabon. III 4 p. 165.)*

176/587 **95.** *Gell. VI (VII) 3* Ciuitas Rhodiensis et insulae 20 opportunitate et operum nobilitatibus et nauigandi sollertia naualibusque uictoriis celebrata est. Ea ciuitas, cum amica atque socia populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est, conixique sunt Rhodienses legationibus Ro- 25 mam saepe missis id bellum inter eos componere. sed, ubi ista pacificatio perpetrari nequiuit, uerba a plerisque Rhodiensibus in contionibus eorum ad populum facta sunt, ut, si pax non fieret, Rhodienses regem aduersus populum Romanum adiutarent. sed nullum super ea re publicum de- 30 cretum factum est. At ubi Perses uictus captusque est, Rhodienses pertimuere ob ea, quae conpluriens in coetibus populi acta dictaque erant, legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur et fidem consiliumque publicum expurgarent. Legati post- 35 quam Romam uenerunt et in senatum intromissi sunt uer-

bisque suppliciter pro causa sua factis e curia excesserunt, sententiae rogari coeptae; cumque partim senatorum de Rhodiensibus quererentur maleque animatos eos fuisse dicerent bellumque illis faciendum censerent: tum M. Cato exurgit et optimos fidissimosque socios, quorum opibus diri- 5 piendis possidendisque non pauci ex summatibus uiris intenti infensique erant, defensum conseruatumque pergit orationemque inclutam dicit, quae et seorsum fertur inscriptaque est pro Rhodiensibus et in quintae originis libro scripta est. — Ipsum deinde principium apposuit [*Iulius Tiro in* 10 *epistula ad Q. Axium*], cuius uerba haec sunt. (*cf. Liuius XXXXV 25, 1* Secundum talem orationem uniuersi rursus prociderunt ramosque oleae supplices iactantes tandem excitati curia excesserunt. tunc sententiae interrogari coeptae. infestissimi Rhodiis erant qui consules praetoresue aut legati gesserant in Macedonia bellum. plurimum causam eorum adiuuit M. Porcius Cato, qui asper ingenio, tum lenem mitemque senatorem egit. non inseram simulacrum uiri copiose quae dixerit referendo; ipsius oratio scripta exstat, originum quinto libro inclusa.) 20

a. Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. quod mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo aduorsi eueniat, quod nostras 25 secundas res confutet, neue haec laetitia nimis luxuriose eueniat. aduorsae res edomant et docent, quid opus siet facto. secundae res laetitia transuorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. quo maiore opere dico suadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex 30 tanto gaudio in potestatem nostram redeamus. (= *XIII 25 (24), 13* Item M. Cato in orationis principio, quam dixit in senatu pro Rhodiensibus, cum uellet res nimis prosperas dicere, tribus uocabulis idem sentientibus dixit. — Verba eius haec sunt: 'Scio — augescere'. — *cf. Caes. epist. ad* 35 *Front. II 13 p. 36 N.* Nam uni M. Porcio me dedicaui atque despondi atque delegaui. hoc etiam ipsum 'atque'

unde putas? ex ipso furor. *Charis. II p. 220 K.* Secunde
Cato senex, ut Maximus notat. *Sulpic. sat. u. 48* Quos
inter prisci sententia dia Catonis scire deis magni fecisset,
utrumne secundis an magis aduersis staret Romana pro-
pago.) — 5

b. Atque ego quidem arbitror, Rhodienses noluisse
nos ita depugnare, uti depugnatum est, neque regem Persen
uinci. sed non Rhodienses modo id noluere sed multos
populos atque multas nationes idem noluisse arbitror. atque
haut scio, an partim eorum fuerint, qui non nostrae con- 10
tumeliae causa id noluerint euenire. sed enim id metuere,
si nemo esset homo quem uereremur, quidquid luberet
faceremus, ne sub solo imperio nostro in seruitute nostra
essent. libertatis suae causa in ea sententia fuisse arbitror.
atque Rhodienses tamen Persen publice numquam adiuuere. 15
cogitate, quanto nos inter nos priuatim cautius facimus.
nam unus quisque nostrum, si quis aduorsus rem suam
quid fieri arbitrantur, summa ui contra nititur, ne aduorsus
eam fiat: quod illi tamen perpessi. (*cf. Appian. Punic. 65*
ἐγίγνοντο οὖν αἱ συνθῆκαι, τρίται αἵδε, Ῥωμαίοις καὶ Καρ- 20
χηδονίοις πρὸς ἀλλήλους. καὶ ὁ Σκιπίων ἐς αὐτὰς ἐδόκει
μάλιστα τοὺς Ῥωμαίους ἐναγαγέσθαι, εἴτε τῶν εἰρημένων
οὕνεκα λογισμῶν εἴτε ὡς ἀρκοῦν Ῥωμαίοις ἐς εὐτυχίαν τὸ
μόνην ἀφελέσθαι Καρχηδονίους τὴν ἡγεμονίαν. εἰσὶ γὰρ οἳ
καὶ τόδε νομίζουσιν αὐτὸν ἐς Ῥωμαίων σωφρονισμὸν ἐθελῆ- 25
σαι γείτονα καὶ ἀντίπαλον αὐτοῖς φόβον ἐς ἀεὶ καταλιπεῖν,
ἵνα μή ποτε ἐξυβρίσειαν ἐν μεγέθει τύχης καὶ ἀμεριμνίᾳ.
καὶ τόδε οὕτω φρονῆσαι τὸν Σκιπίωνα οὐ πολὺ ὕστερον
ἐξεῖπε τοῖς Ῥωμαίοις Κάτων, ἐπιπλήττων παρωξυμμένοις κατὰ
Ῥόδου.) — 30

c. Ea nunc derepente tanta beneficia ultro citroque,
tantam amicitiam relinquemus? quod illos dicimus uoluisse
facere, id nos priores facere occupabimus. —

d. Qui acerrime aduorsus eos dicit, ita dicit: hostes
uoluisse fieri. ecquis est tandem, qui uestrorum, quod ad 35
sese attineat, aequum censeat poenas dare ob eam rem,

quod arguatur male facere uoluisse? nemo opinor. nam ego, quod ad me attinet, nolim. (*cf. Liu. XXXXV 24, 2 sq.*)

e. Quid nunc? ecqua tandem lex est tam acerba, quae dicat: si quis illud facere uoluerit, mille minus dimidium familiae multa esto; si quis plus quingenta iugera habere 5 uoluerit, tanta poena esto; si quis maiorem pecuum numerum habere uoluerit, tantum damnas esto. atque nos omnia plura habere uolumus, et id nobis impune est. (= *Fest. s. u. pecuum p. 246 M.* Pecuum cum dixit M. Cato per casum genetiuum a singulari casus recti formauit, quo utebantur 10 antiqui, id est pecu.)

f. Sed si honorem non aequum est haberi ob eam rem, quod bene facere uoluisse quis dicit neque fecit tamen, Rhodiensibus oberit, quod non male fecerunt sed quia uoluisse dicuntur facere? — 15

g. Rhodiensis superbos esse aiunt, id obiectantes, quod mihi et liberis meis minime dici uelim. sint sane superbi. quid id ad uos attinet? idne irascimini, si quis superbior est quam uos.

96. *Gell. XI 3, 2* Videbam — M. Catonem in origi- 20 num quarto — scribsisse et item in quinto: Vrbes insulasque omnis pro agro Illyrio esse.

97. *Non. s. u. pisculentum p. 151* Cato originum libro V: Fluuium Naronem magnum pulchrum pisculentum.

98. *Prisc. X p. 510 H.* Cato in V originum: Quod 25 eorum nemo quisquam quicquam mihi ignoturus est.

99. *Gell. XV 9, 5* M. Cato in quinta origine ita scripsit: Postridie signis conlatis aequo fronte peditatu, equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnauimus.

100. *Gell. XV 9, 5* 'Recto' quoque 'fronte' idem Cato 30 in libro eodem [*originum quinto*] dicit.

101. *Gell. XV 13, 5* M. Cato in quinta origine: Exercitum, inquit, suum pransum, paratum, cohortatum eduxit foras atque instruxit.

102. *Fest. s. u. pilates p. 237 M.* Cato originum l. V: 35 Lapis candidior quam † pelastes.

103. *Non. s. u. protelare p. 363* Cato originum lib. V: Sed protelo trini boues unum aratrum ducent.

104. *Prisc. VIIII p. 475 H.* Cato in V originum: Illi polliciti sese facturum omnia.

EX LIBRO VI

105. *Gell. XX 5, 13* Quod est scriptum a M. Catone in sexta origine: Itaque ego, inquit, cognobiliorem cognitionem esse arbitror. 5

EX LIBRO VII

149/605 **106.** *Cic. Brut. 23, 89* Quae quidem uis [*Galbae*] tum maxime cognita est, cum Lusitanis a Seruio Galba praetore contra interpositam, ut existumabatur, fidem interfectis, T. Libone tribuno pl. populum incitante et rogationem in Galbam priuilegi similem ferente, summa senectute, ut ante dixi, M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit. quam orationem in origines suas rettulit, paucis antequam mortuus est diebus an mensibus. Tum igitur *nihil* recusans Galba pro sese et populi Romani fidem implorans, cum suos pueros tum C. Galli etiam filium flens commendabat, cuius orbitas et fletus mire miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissumi patris. isque se tum eripuit flamma propter pueros misericordia populi commota, sicut idem scriptum reliquit Cato. (*ex Cicer. Valer. Max. VIII 1, 2.*) = *Cic. Brut. 20, 80* Et uero etiam tum Catone uiuo, qui annos quinque et octoginta natus excessit e uita, cum quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset, quam etiam orationem scriptam reliquit. *de orat. I 53, 227 sq.* cum M. Cato — aspere apud populum Romanum et uehementer esset locutus, quam orationem in originibus suis exposuit ipse. — Quod item apud Catonem scriptum esse uideo, nisi pueris et lacrimis usus esset [*Galba*], poenas eum daturum fuisse. *Quintil. II 15, 8* Seruium quidem Galbam miseratione sola, qua non suos modo liberos paruulos in contione produxerat sed Galli etiam Sulpicii filium suis ipse manibus circum-

tulerat, elapsum esse, cum aliorum monumentis tum Catonis oratione testatum est. *Liu. per. 49* Cum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui in fidem populo Romano dediti ab Seruio Galba in Galliam uenissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. extat 5 oratio et in annalibus ipsius inclusa. Q. Fuluius Nobilior ei, saepe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba; ipse quoque Galba cum se damnari uideret, complexus duos filios praetextatos et Sulpici Galli filium, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio anti- 10 quaretur.

107. *Front. epist. ad Caes. III 20 p. 57 N.* Cato quid dicat de Galba absoluto, tu melius scis; ego memini propter fratris filios eum absolutum. τὸ δ' ἀκριβὲς ipse inspice. Cato igitur dissuadet neue suos neue alienos quis liberos 15 ad misericordiam conciliandam producat neue uxores neue adfines uel ullas omnino feminas.

108. *Gell. XIII 25 (24), 15* Itidem Cato ex originum VII in oratione, quam contra Seruium Galbam dixit, conpluribus uocabulis super eadem re usus est: Multa me 20 dehortata sunt huc prodire, anni, aetas, uox, uires, senectus: uerum enim uero, cum tantam rem peragier arbitrarer, ... (*cf. carmen de fig. 139 sqq. p. 68 H.* Est conductio conque gregatio, cum adcumulo res. Multa hortantur me: res, aetas, tempus, amici, concilium tantae plebis, †denuntia 25 natum).

109. *Gell. I 12, 17* M. Cato de Lusitanis, cum Seruium Galbam accusauit: Tamen dicunt deficere uoluisse. ego me nunc uolo ius pontificium optime scire: iamne ea causa pontifex capiar? si uolo augurium optime tenere, ecquis 30 me ob meam .... augurem capiat?

110. *Non. s. u. pisculentum p. 151* Cato originum — libro VII: Fluuium Hiberum; is oritur ex Cantabris, magnus atque pulcher, pisculentus.

111. *Fest. s. u. mulleos p. 142 M.* M. Cato originum 35 li. VII: Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos aluta uinctos, ceteri perones ...

112.** *Plut. q. Rom. 49* *Διὰ τί τοὺς παραγγέλλοντας ἄρχειν ἔθος ἦν ἐν ἱματίῳ τοῦτο ποιεῖν ἀχίτωνας, ὡς Κάτων ἱστόρηκεν;*

113. *Fest. s. u. ruscum p. 265 M.* Cato originum l. VII: Mulieres opertae auro purpuraque; arsinea, rete, diadema, coronas aureas, rusceas fascias, galbeos lineos, pelles, redimicula 5

114*. *Charis. I p. 101 K.* Cato in originibus: Mulieres, inquit, nostrae capillum cinere unguitabant, ut rutilus esset. = *Seru. ad Aen. IIII 698* In Catone legitur de matronarum crinibus: Flauo cinere unctitabant, ut rutili essent. 10

115.** *Seru. ad Aen. III 64* Cato ait deposita ueste purpurea feminas usas caerulea, cum lugerent.

116. *Charis. I p. 93 K.* Quamuis Cato originum VII genetiuo casu dixerit: Iurum legumque cultores. (= *I p. 135.*) 15

117. *Fest. s. u. socordiam p. 293 M.* M. Cato [*socordiam*] pro [*stultitia posuit originum l.*] VII, cum ait: [. . . . . . *ob im*] mensam ti[*miditatem et socordiam causa erat*] ne quid neg[*oti publici . . . . . . gere*]retur. *cf. Paul. p. 292 M.:* Socordiam quidam pro ignauia posuerunt. Cato pro stultitia posuit. 20

INCERTORVM ORIGINVM LIBRORVM FRAGMENTA

118. *Cic. Tusc. IIII 2, 3* Grauissimus auctor in originibus dixit Cato, morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum uirorum laudes atque uirtutes. = *Cic. Tusc. I 2, 3* Quamquam est in originibus solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus. *Brut. 19, 75* Atque utinam exstarent illa carmina, quae multis saeclis ante suam aetatem in epulis esse cantata a singulis conuiuis de clarorum uirorum laudibus, in originibus scriptum reliquit Cato. 25 30

119.** *Seru. ad Aen. I 726* Nam, ut ait Cato, et in atrio et duobus ferculis epulabantur antiqui. (*cf. ad I 637.*)

120. *Charis. I p. 131 K.* Glis Varro in admirandis 'in silua mea est glis nullus' sed et Cato in originibus ita est locutus. (*uid. I p. 90.*)

121. *Charis. I p. 124 K.* Biber G. Fannius annalium VIII — Cato quoque originum * * (*ipsa uerba interciderunt*).

122. *Seru. ad georg. I 75* Cato in originibus: Alae ex lupino lug ......

123. *Seru. ad Aen. III 637* Argolici clipei] Quia Graecorum clipei rotundi, ut Cato originum ait.

124. *Macrob. I 14, 5* Veteres 'an' pro 'circum' ponere solebant, ut Cato in originibus: Oratorum an terminum.

125. *Non. s. u. tributus p. 229* Cato originum libris: Ne praedia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur.

INCERTORVM CATONIS LIBRORVM FRAGMENTA SELECTA

126. *Fest. s. u. natinatio p. 166 M.* M. Cato in [*orig. l. V scripsit: Audito tum*]ultu Macedoniae Etruriam, Samnites, Lucanos inter se natinari atque factiones esse.

127. *Cic. de rep. I 17, 27* Quam est hic fortunatus putandus —, qui — ut Africanum auum meum scribit Cato solitum esse dicere, possit idem de se praedicare, numquam se plus agere quam nihil cum ageret, numquam minus solum esse quam cum solus esset. = *Cic. de off. III 1, 1* P. Scipionem, Marce fili, eum, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit eius fere aequalis, numquam se minus otiosum esse quam cum otiosus, nec minus solum quam cum solus esset. *Plut. apophth. reg. et imp. 1 Σκιπίων δὲ ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀπὸ τῶν στρατηγιῶν καὶ τῆς πολιτείας σχολὴν ἐν γράμμασι διατριβὴν ποιούμενος ἔλεγεν, ὁπότε σχολάζοι, πλείονα πράττειν.*

128. *Fronto ep. ad Ver. II 1 p. 129 N.* Ipsum hoc tuum a te diu[ti]na prudentia consultum, quod non ante signis conlatis manum cum hostibus conseruisti, quam leuibus proeliis et minutis uictoriis militem imbueres, nonne

195/559 Cato docuit, orator idem et imperator summus? Ipsa subieci Catonis uerba, in quibus consiliorum tuorum expressa uestigia cerneres: Interea unamquamque turmam, manipulum, cohortem temptabam, quid facere possent, proeliis leuibus spectabam, cuiusmodi quisque esset, si quis strenne fecerat, donabam honeste, ut alii idem uellent facere, atque in contione uerbis multis laudabam. interim aliquot pauca castra feci. sed ubi anni tempus uenit, castra hiberna . . . . .

195/559 **129.** *Plutarch. Cat. 10* *Αὐτὸς δέ φησιν ὁ Κάτων πλείονας εἰληφέναι πόλεις ὧν διήγαγεν ἡμερῶν ἐν Ἰβηρίᾳ· καὶ τοῦτο κόμπος οὐκ ἔστιν, εἴπερ ὡς ἀληθῶς τετρακόσιαι τὸ πλῆθος ἦσαν. τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις πολλὰ παρὰ τὴν στρατείαν ὠφεληθεῖσιν ἔτι καὶ λίτραν ἀργυρίου κατ' ἄνδρα προσδιένειμεν, εἰπών, ὡς κρεῖττον εἴη πολλοὺς Ῥωμαίων ἀργύριον ἢ χρυσίον ὀλίγους ἔχοντας ἐπανελθεῖν· εἰς δ' αὐτὸν ἐκ τῶν ἁλισκομένων οὐδὲν ἐλθεῖν λέγει πλὴν ὅσα πέπωκεν ἢ βέβρωκε. 'Καὶ οὐκ αἰτιῶμαι' φησὶ 'τοὺς ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐκ τούτων, ἀλλὰ βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἁμιλλᾶσθαι καὶ τοῖς φιλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρίας'.* = *apophth. 25. 26.*

191/563 **130.** *Plut. Cat. 14* *Ὁ δὲ Κάτων ἀεὶ μέν τις ἦν, ὡς ἔοικε, τῶν ἰδίων ἐγκωμίων ἀφειδὴς καὶ τὴν ἄντικρυς μεγαλαυχίαν ὡς ἐπακολούθημα τῆς μεγαλουργίας οὐκ ἔφευγε, πλεῖστον δὲ ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκον περιτέθεικε καί φησι τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὸν τότε* [*in pugna Thermopylensi*] *διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους παραστῆναι μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον, ὅσον Κάτωνι τὸν δῆμον, αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι καὶ βοᾶν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ' ἂν αὐτὸς οὔθ' ὁ σύμπας δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος εὐεργεσίαις.*

131. *Ps. Frontin. IIII 1, 16* M. Cato memoriae tradidit in furto conprehensis inter commilitones dextras esse praecisas, aut, si lentius animaduertere uoluissent, in principis sanguinem esse missum.

132. *Cic. de diuin. I 15, 28* Itaque multa auguria, multa auspicia, quod Cato ille sapiens queritur, neglegentia collegii amissa plane et deserta sunt.

133. *Paul. s. u. uiritim p. 378 M.* Cato: Praeda quae capta est, uiritim diuisa. 5

134. *Charis. I p. 102 K.* Cato sic dixit: Et in Italia atras capras lacte album habere.

135. *Charis. I p. 134 K.* Sed et Cato his 'iugeris', ut notat Plinius eodem libro VI.

136. *Charis. II p. 215 K.* Primo pedatu Cato senex: 10 In his duobus bellis alteras stipendio agrique parte multati, alteras oppidum ui captum, alteras primo pedatu et secundo.

137. *Seru. ad Aen. III 314* Cato ait, uerba tertiato et quartato quempiam dicere prae metu.

138. *Seru. ad Aen. IIII 121* Cato: Sedere non potest 15 in equo trepidante.

139. *Seru. ad Aen. IIII 293* Cato: Qua mollissimum est, adoriantur.

140. *Seru. ad Aen. VIII 694* Cato: Sub tela uolantia.

141. *Priscian. VI p. 227 (= 266) H.* Cato (in I ori- 20 ginum — idem) 'nulli' pro 'nullius': Qui tantisper nulli rei sies, dum nihil agas.

142. *Priscian. III p. 87 H.* Cato [dixit]: Quod iter longius arduiusque erat a curia.

143. *Priscian. VI p. 260 H.* Cato: Speca prosita, quo 25 aqua de uia abiret.

L. CASSIVS HEMINA

TESTIMONIA

1. *uid. fr. 39* Cassius Hemina, qui illo tempore uiuebat (*i. e. quartorum ludorum saecularium a. 146. 608*). *f. 26* Cassius Hemina ex antiquissimis auctor est. *fr. 37* C. H., uetustissimus auctor annalium.

2. *Praeter eos locos, qui infra indicati sunt, Plinius in* 5 *nat. hist. sec. ind. in lib. XII eo usus est.*

ANNALIVM FRAGMENTA

EX LIBRO I

1*. *Minuc. Fel. Octau. 21, 4 p. 29 H.* Saturnum enim principem huius generis et examinis omnes scriptores uetustatis Graeci Romanique hominem prodiderunt. scit hoc Nepos [*chron. 1*] et Cassius in historia, et Thallus ac Diodo- 10 rus hoc loquuntur. *(ex Minucio Tertull. ad nat. II 12. apol. 10.) = Lactant. instit. I 13* Omnes ergo non tantum poetae sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores [*Saturnum*] hominem fuisse consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoriae prodiderunt, Graeci Diodorus et 15 Thallus, Latini Nepos et Cassius et Varro.

2*. *Solin. polyh. 2, 10 p. 37 M.* Notum est — constitutam — Ariciam ab Archilocho Siculo, unde et nomen, ut Heminae placet, tractum.

3*. *Seru. ad Aen. VII 631* Cassius Hemina tradidit, 20 Siculum quendam nomine uxoris suae Clytemestrae condidisse Clytemestrum, mox corrupto nomine Crustumerium dictum.

4*. *Seru. ad. georg. I 10* Cincius [*fr. 2*] et Cassius aiunt, ab Euandro Faunum deum appellatum, ideoque aedes 25 sacras 'faunas' primo appellatas, postea fana dicta, et ex eo qui futura praecinerent, fanaticos dici.

5*. *Schol. Veron. ad Aen. II 717 p. 91 K.* Varro secundo historiarum refert, Aenean capta Troia arcem cum

plurimis occupasse magnaque hostium *gratia obtinuisse a*beundi potestatem. itaque *concessum ei quod* uellet auferre; cumque circa *aur*um opesque alias ceteri morarentur, Aenean patrem suum collo *tulisse mirantibus*que Achiuis hanc pietatem redeundi Ilium copiam datam, ac deos penates ligneis 5 sigillis uel lapideis terrenis quoque Aenean *umeris extulisse.* quam rem Graecos stupentes omnia sua auferendi potestatem dedisse ea que *ratione saepius redeuntem omnia e Troia abstulisse et in nauibus posuisse. A*tticus [*fr. 1*] de patre consentit, de dis penatibus negat, sed ex Samothracia in 10 Italiam deuectos, contra quam opinionem refertur *fuisse simulacr*a Vestae incensis deae eius aris ex ruinis Troicis liberata. Additur etiam a L. Cassio *et Pisone* Censorio [*fr. 2*], miraculo magis Aenean patris '*dignitate sanctio*rem' inter hostes intactum properauisse concessisque ei nauibus in 15 Italiam nauigasse. Item .... historiarum libro I ait, Ilio capto *Aenean cum dis pena*tibus umeris inpositis erupisse duosque filios Ascanium et Eurybaten bracchio eius innixos ante ora hostium prae*tergressos. dat*as etiam ei naues concessumque, ut quas uellet de nauibus securus ueheret. 20

6*. *Seru. ad Aen. I 378* Alii autem, ut Cassius Hemina, dicunt deos penates ex Samothraca appellatos θεοὺς μεγάλους, θεοὺς δυνατοὺς, θεοὺς χρηστούς. = *Macr. sat. III 4, 9* Cassius uero Hemina dicit, Samothracas deos eosdemque Romanorum penates proprie dici θεοὺς μεγά- 25 λους, θεοὺς χρηστοὺς, θεοὺς δυνατούς.

7*. *Solin. 2, 14 p. 38 M.* Nec omissum sit, Aenean aestate ab Ilio capto secunda Italicis litoribus adpulsum, ut Hemina tradit, sociis non amplius sexcentis in agro Laurenti posuisse castra. ubi dum simulacrum, quod secum ex Sicilia 30 aduexerat, dedicat Veneri matri, quae Frutis dicitur, a Diomede Palladium suscepit tribusque mox annis cum Latino regnat socia potestate quingentis iugeribus ab eo acceptis, quo defuncto summam biennio adeptus apud Numicium parere desiit anno septimo. patris Indigetis ei nomen datum. 35

8. *Gell. XVII 21, 3* Vtrumque tamen [*Homerum et Hesiodum*] ante Romam conditam uixisse, Siluiis Albae

regnantibus, annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta, ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo chronico de Homero dicit [*fr.2*], annis circiter centum et sexaginta. 5

9. *Non. s. u. ilico p. 325* Hemina hist. I: Et tum quo irent nesciebant, ilico manserunt. — His persuadetur, ilico manerent. — Pars ilico manent.

10. *Non. s. u. perplexim p. 515* Hemina hist. lib. I: Prudens perplexim scribit. 10

EX LIBRO II

11. *Diomed. I p. 384 K.* Haec ita esse hoc modo adfirmat Cassius Hemina in secundo historiarum: Pastorum uulgus sine contentione consentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum et Romulum, ita ut de regno pararent inter se. monstrum fit: sus parit porcos triginta, cuius rei fanum 15 fecerunt laribus Grundilibus.

12*. *Plin. n. h. XVIII 7* Numa instituit deos fruge colere et mola salsa supplicare atque, ut auctor est Hemina, far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset, id uno modo consecutus, statuendo non esse purum ad rem diui- 20 nam nisi tostum.

13*. *Plin. n. h. XXXII 20* Piscis marinos in usu fuisse protinus a condita Roma auctor est Cassius Hemina, cuius uerba de ea re subiciam: Numa constituit, ut pisces qui squamosi non essent, ni pollucerent, parsimonia con- 25 mentus, ut conuiuia publica et priuata cenaeque ad puluinaria facilius conpararentur, ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent eaque praemercarentur.

14*. *Macrob. sat. I 16, 33* Sed Cassius Seruium Tullium fecisse nundinas dicit, ut in urbem ex agris conueni- 30 rent urbanas rusticasque res ordinaturi. *(cf. Tudit. fr. 2. Rutil. fr. 1.)*

15*. *Seru. ad. Aen. XII 603* Cassius Emina ait, Tarquinium Superbum, cum cloacas populum facere coegisset, et ob hanc iniuriam multi se suspendio necarent, iussisse 35

corpora eorum cruci affigi. tunc primum turpe habitum est mortem sibi consciscere.

16. *Non. s. u. censere p. 267* Cassius Emina historiarum lib. II: Censuit sese regem Porsennam occidere. (*Mucius Scaeuola.*) 508/246 5

17*. *Non. s. u. pleuitatem p. 149* Hemina in ann.: Quicumque propter pleuitatem agro publico eiecti sunt.

18*. *Macrob. sat. I 13, 21* Quando autem primum intercalatum sit, uarie refertur. — Tuditanus [*fr. 7*] refert libro tertio magistratuum, decem uiros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cassius eosdem scribit auctores. (*cf. Licin. 4. Valer. 5.*) 450/304 10

19*. *Appian. de reb. Gall. fr. 6 p. 49 Mend. (exc. Vales. p. 557)* *Κελτοὶ μηδεμιᾷ μηχανῇ δυνηθέντες ἐπιβῆναι τῆς ἀκροπόλεως, ἠρέμουν ὡς λιμῷ τοὺς ἔνδον παραστησόμενοι. καί τις ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου κατέβαινεν ἱερεύς, ὄνομα Δόρσων, ἐπὶ ἐτήσιον δή τινα ἱερουργίαν ἐς τὸν τῆς Ἑστίας νεὼν στέλλων τὰ ἱερὰ διὰ τῶν πολεμίων εὐσταθῶς· τὸν δὲ νεὼν ἐμπεπρησμένον ἰδὼν ἔθυσεν ἐπὶ τοῦ συνήθους τόπου· καὶ ἐπανῆλθεν αὖθις διὰ τῶν πολεμίων αἰδεσθέντων ἢ καταπλαγέντων αὐτοῦ τὴν τόλμαν ἢ τὴν εὐσέβειαν ἢ τὴν ὄψιν ἱερὰν οὖσαν. ὃ μὲν δὴ κινδυνεύειν ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ἑλόμενος ὑπ' αὐτῶν ἐσῴζετο τῶν ἱερῶν. καὶ τόδε φησὶν ὧδε γενέσθαι Κάσσιος ὁ Ῥωμαῖος.* 390/364 15 20

20. *Macrob. sat. I 16, 21* Horum [*dierum postriduanorum*] causam Gellius annalium libro quinto decimo [*fr. 25*] et Cassius Hemina historiarum libro secundo referunt: Anno ab urbe condita trecentesimo sexagesimo tertio a tribunis militum Virginio, Mallio, Aemilio, Postumio collegisque eorum in senatu tractatum, quid esset propter quod totiens intra paucos annos male esset afflicta res publica; et ex praecepto patrum Lucium Aquinium haruspicem in senatum uenire iussum religionum requirendarum gratia dixisse, Quintum Sulpicium tribunum militum ad Alliam aduersus Gallos pugnaturum rem diuinam dimicandi gratia fecisse postridie idus Quintiles; item apud Cremeram multisque aliis tem- 389/365 30 35

poribus et locis post sacrificium die postero celebratum male cessisse conflictum. tunc patres iussisse, ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur, pontificesque statuisse, postridie omnes kalendas, nonas, idus atros dies habendos, ut hi dies neque proeliares neque puri neque 5 comitiales essent.

21. *Non. s. u. proletarii p. 67* Cassius Emina annali libro II: Tunc Marcius † praeco primum proletarios armauit. *(Q. Marcius Philippus a. 281. 473 uel inseq.)*

22. *Seru. ad Aen. I 56* Vt apud Cassium in annalium 10 secundo: Ne quis regnum occuparet, si plebs nostra fremere imperia coepisset.

23. *Non. s. u. moliri p. 346* Cassius Hemina de censoribus lib. II: Et in area in Capitolio signa quae erant demoliuntur. 15

24. *Non. s. u. denasci p. 101* Cassius Hemina libro II annalium: Quae nata sunt, ea omnia denasci aiunt.

25. *Priscian. VIIII p. 482 H.* L. Cassius Emina in secundo annalium: Idque admiratum esse gauisi.

EX LIBRO III

219/585 **26*.** *Plin. XXVIIII 12* Cassius Hemina ex antiquis- 20 simis auctor est, primum e medicis uenisse Romam Peloponneso Archagathum Lysaniae filium, L. Aemilio M. Liuio cos. anno urbis DXXXV, eique ius Quiritium datum et tabernam in compito Acilio emptam ob id publice. uulnerarium eum fuisse e re dictum, mireque gratum aduentum 25 eius initio, mox a saeuitia secandi urendique transisse nomen in carnificem et in taedium artem omnisque medicos.

27. *Non. s. u. cymbalissare p. 90* Cassius Hemina libro III: Mulier cantabat tibiis Phrygiis et altera cymbalissabat. 30

28. *Non. s. u. litterosus p. 133* Cassius Hemina annanalium libro III: Homo mere litterosus.

29. *Priscian. X p. 537 H.* Cassius Emina in III annalium: In campo Tiburte ubi hordeum demessuerunt. *(=part. XII uers. Aen. p. 490 K. om.* in campo. *cf. Cat. fr. 56.)* 35

30. *Prisc. XII p. 587 H.* Cassius Emina in III annalium: Hos libros si quis nostratis sapiens.

EX LIBRO IIII

31. *Priscian. VII p. 347 H.* Cassius Emina annalem suum quartum hoc titulo inscripsit: Bellum Punicum posterior. 216

32. *Prisc. VII p. 294 H.* 'Eabus' etiam pro 'eis' differentiae causa in feminino Emina protulit in IIII annalium: Scriba pontificius, qui cum eabus stuprum fecerat. dicit enim de Vestalibus. *(cf. Liu. XXII 57, 2.)* 538

33. *Non. s. u. consedo p. 62* Cassius Hemina annalium libro IIII: Nemo uicinus consedo. 10

34. *Non. s. u. utrasque p. 183* Hemina historiarum lib. IIII: In Hispania pugnatum bis, utrasque nostri loco moti.

35. *Non. s. u. finis p. 205 (= humaniter p. 514)* Cassius Hemina historiarum lib. IIII: Qua fine omnis res atque omnes artes humanitus .... que aguntur. 15

36. *Non. s. u. lacte p. 483* Hemina annalium lib. IIII: Ex Tiberi lacte haurire. 181

37. *Plin. n. h. XIII 84* Cassius Hemina, uetustissimus auctor annalium, quarto eorum libro prodidit, Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem effodisse arcam, in qua Numa, qui Romae regnauit, situs fuisset, in eadem libros eius repertos P. Cornelio L. filio Cethego, M. Baebio Q. filio Tamphilo cos., ad quos a regno Numae colliguntur anni DXXXV. hos fuisse e charta, maiore etiamnum miraculo, quod infossi durauerint. quapropter in re tanta ipsius Heminae uerba ponam: 'Mirabantur ali, quomodo illi libri durare possent. ille ita rationem reddebat: lapidem fuisse quadratum circiter in media area euinctum candelis quoquo uersus. in eo lapide insuper libros insitos fuisse, propterea arbitrarier non conputuisse. et libros citratos fuisse, propterea arbitrarier, tineas non tetigisse. in iis libris scripta erant philosophiae Pythagoricae'. — eosque combustos a Q. Petilio praetore, quia philosophiae scripta 578 20 25 30

essent. — — Inter omnes uero conuenit, Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros adtulisse, ex quibus sint duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Sullanis temporibus. (*cf. Pison. fr. 35. Tudit. 3. Valer. 7—10.*)

(174/580) **38*.** *Seru. ad. Aen. I 421* Cassius Hemina docet ita: 5 Sinuessae magalia addenda murumque circum ea. *(cf. Liu. XXXXI 27, 12.)*

146/608 **39*.** *Censorin. de d. nat. 17, 11* At Piso Censorius [*fr. 39*] et Cn. Gellius [*fr. 27*] sed et Cassius Hemina, qui illo tempore uiuebat, [*quartos ludos saeculares*] post 10 annum factos tertium adfirmant, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico consulibus, id est anno DCVIII.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTVM

40. *Priscian. VIII p. 380 H.* Cassius similiter: adulatique erant ab amicis et adhortati.

FABII PICTORIS ANNALES LATINI

TESTIMONIA

1. *Cic. de orat. II 12, 51* Atqui, ne nostros contemnas, — Graeci 15 quoque ipsi sic initio scriptitarunt, ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso. erat enim historia nihil aliud nisi annalium confectio. [*seq. ann. max. test. 1.*] Hanc similitudinem [*annalium maximorum*] scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum 20 gestarumque rerum reliquerunt. itaque qualis apud Graecos Pherecydes, Hellanicus, Acusilas fuit aliique permulti, talis noster Cato et Pictor et Piso, qui neque tenent quibus rebus ornetur historia (modo enim huc ista sunt importata) et dum intellegatur quid dicant, unam dicendi laudem 25 putant esse breuitatem. — Ceteri [*praeter Antipatrum*] non exornatores rerum sed tantum modo narratores fuerunt. *de leg. I 2, 6* Nam post annalis pontificum maximorum, quibus nihil potest esse ieiunius, si aut ad Fabium aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem 30

aut ad Pisonem aut ad Fannium aut ad Vennonium uenias, quamquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile quam isti omnes? (*cf. fr. 5.*)

2. *Front. ad Ver. I 1 p. 114 N.* Historiam quoque scribsere — Pictor incondite. 5

3. *Fragmenta Fabii Pictoris librorum iuris pontificii uid. Relliq. I p. 111—113.*

FRAGMENTA

EX LIBRO I

1*. *Seru. ad Verg. Aen. XII 603* Fabius Pictor dicit quod Amata inedia se interemerit. Sane sciendum, quia cautum fuerat in pontificalibus libris, ut qui laqueo uitam 10 finisset, insepultus abiceretur.

2*. *Quintil. I 6, 12* Lupus masculinum, quamquam Varro in eo libro, quo initia Romanae urbis enarrat, lupum feminam dicit Ennium Pictoremque Fabium secutus.

3. *Non. s. u. picumnus p. 518* Fabius Pictor rerum 15 gestarum lib. I: Et simul uidebant picum Martium. (*Faustulus ceterique pastores.*)

4. *Seru. ad Verg. Aen. VIII 630* Fecerat ignipotens — et uiridi fetam Mauortis in antro procubuisse lupam geminos huic ubera circum ludere pendentis pueros] 20 Potest accipi: et fecerat lupam Mauortis et Mauortis in antro. Fabius speluncam Martis dixit. (*cf. Fab. gr. ann. fr. 5b p. 10.*)

EX LIBRO IIII

5. *Cicer. de diuin. I 26, 54* Omnes hoc historici, Fabii, Gellii, sed proxime Coelius. Cum bello Latino *et q. s.* = 25 *Q. Fab. Pict. gr. ann. fr. 15 p. 24.*

6. *Gell. n. Att. V 4, 3* Ibi expositi erant Fabii annales, $\frac{367}{387}$ bonae atque sincerae uetustatis libri, quos uenditor sine mendis esse contendebat. — Ostendebat grammaticus ita scriptum in libro quarto: Quapropter tum primum ex plebe 30 alter consul factus est, duo et uicesimo anno, postquam Romam Galli ceperunt.

Q. FABIVS MAXIMVS SERVILIANVS

TESTIMONIA

1. *Consul a. 142. 612 'rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit pace cum Viriato aequis condicionibus facta' (Liv. per. LIV). uid. fr. 4.*
2. *= test. Cat. 1. Dion. I 7.*

FRAGMENTA ANNALIVM

EX LIBRO I

1. *Seru. ad Verg. Aen. I 3* Lauinaque uenit littora] 5 Laurolauinium constat octo milibus a mari remotum. — Litus dicitur terra quoque mari uicina. — Fabius Maximus annalium primo: Tum Aeneas aegre patiebatur in eum deuenisse agrum, macerrimum litorosissimumque. (*cf. Dion. I 56.*) 10

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

2. *Schol. Veron. ad Verg. georg. III 7 p. 79 K.* . . . . Seruilianus, historiarum scribtor . . . . uerit eburnum appellatum tradidit. Minerua . . . . ex ebore . . . . cetera membra reparassent.

3. *Prisc. VIII p. 380 H.* Fabius Maximus: Amitti 15 quam apisci.

EX (IVRIS PONTIFICII) LIBRO XI

4. *Macrob. sat. I 16, 25* Sed et Fabius Maximus Seruilianus pontifex in libro duodecimo negat oportere atro die parentare, quia tunc quoque Ianum Iouemque praefari necesse est, quos nominari atro die non oportet. 20

L. CALPVRNIVS PISO CENSORIVS FRVGI

TESTIMONIA

1. *Tribunus plebis a. 149. 605. consul a. 133. 621, quo in Sicilia aduersus fugitiuos bellum 'uario euentu' gessit (Liu. per. 58), censor 120. 634.*

2. *Schol. Bob. in or. pro Flacco 16 p. 233 Or.* Verum quod ad Pisonem pertineat, plurimi quidem ex hac familia cognomentum frugalitatis habuerunt, sed enim primus hoc meruit L. Piso, qui legem de pecuniis repetundis tulit, et fuit C. Graccho capitalis inimicus. 5

3. *Cicer. Brut. 27, 106* L. enim Piso tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio consulibus tulit (ipse etiam Piso et causas egit et multarum legum aut auctor aut dissuasor fuit; isque et orationes reliquit, quae iam euanuerunt, et annales sane exiliter 10 scriptos). *cf. Pict. lat. ann. test. 1. infra fr. 8. 27. Dion. I 7 (Cat. test. 1).*

4. *uid. fr. 3. cf. fr. 1 et Gell. XI 1, 1* Timaeus in historiis, quas oratione Graeca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum terram 15 Italiam de Graeco uocabulo appellatam scripserunt, quoniam boues Graeca uetere lingua ἰταλοὶ uocitati sint. — *fr. 10* L. Piso, grauis auctor.

5. *Fragm. L. Pisonis in Plin. n. h. secundum indicem latent in libr. XII. XIV. XXIX. XXXVI.* 20

FRAGMENTA ANNALIVM
EX LIBRO I

1*. *Varr. d. r. rust. II 1, 9* Denique Italia a uitulis, ut scribit Piso.

2*. *Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 717 p. 92 K.* Additur etiam a. L. Cassio [*fr. 5*] *et Pisone* Censorio, miraculo magis Aenean patris '*dignitate sanctio*rem' inter hostes in- 25 tactum properauisse concessisque ei nauibus in Italiam nauigasse.

3*. *Dion. I 79* Περὶ δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἰλίας γενομένων Κόιντος μὲν Φάβιος ὁ Πίκτωρ λεγόμενος, ᾧ Λεύκιός τε Κίγκιος καὶ Κάτων Πόρκιος καὶ Πείσων Καλπούρνιος καὶ 30 τῶν ἄλλων συγγραφέων οἱ πλείους ἠκολούθησαν, γέγραφεν = *Fab. Pict. gr. fr. 5ᵇ p. 9.*

4*. *Seru. ad Aen. II 761* Primo autem [*asylum*] apud Athenienses statutum est ab Herculis filiis, quos inseque-

181/573 tium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem effodisse arcam, in qua Numa, qui Romae regnauit, situs fuisset. in eadem libros eius repertos P. Cornelio L. f. Cethego M. Baebio Q. f. Tamphilo cos., ad quos a regno Numae colliguntur anni DXXXV. hos fuisse e charta — 5 eosque combustos a Q. Petilio praetore, quia philosophiae scripta essent. Hoc idem tradit Piso Censorius primo commentariorum sed libros septem iuris pontificii, totidem Pythagoricos fuisse. (*cf. Tudit. fr. 3. Valer. 7—10.*)

12*. *Plut. Num. 21* Ὁ Νομᾶς ἐτελεύτησεν οὐ ταχείας 10 οὐδ' αἰφνιδίου γενομένης αὐτῷ τῆς τελευτῆς ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαραινόμενος, ὡς ἱστόρηκε Πείσων· ἐτελεύτησε δὲ χρόνον οὐ πολὺν τοῖς ὀγδοήκοντα προσβιώσας.

13. *Plin. XXVIII 14* L. Piso primo annalium auctor 15 est, Tullum Hostilium regem ex Numae libris eodem quo illum sacrificio Iouem caelo deuocare conatum, quoniam parum rite quaedam fecisset, fulmine ictum.

14. *Dion. IIII 15* Ὡς δὲ Πείσων Λεύκιος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐνιαυσίων ἀναγραφῶν ἱστορεῖ, βουλόμενος [*Seruius Tul-* 20 *lius*] καὶ τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων τὸ πλῆθος εἰδέναι τῶν τε γεννωμένων καὶ ἀπογινομένων καὶ τῶν εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένων, ἔταξεν, ὅσον ἔδει νόμισμα καταφέρειν ὑπὲρ ἑκάστου τοὺς προσήκοντας, εἰς μὲν τὸν τῆς Εἰλειθυίας θησαυρόν, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν Ἥραν φωσφόρον, ὑπὲρ τῶν 25 γεννωμένων, εἰς δὲ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει καθιδρυμένης, ἣν προσαγορεύουσι Λιβιτίνην, ὑπὲρ τῶν ἀπογινομένων, εἰς δὲ τὸν τῆς Νεότητος ὑπὲρ τῶν εἰς ἄνδρας ἀρχομένων συντελεῖν· ἐξ ὧν ἤμελλε διαγνώσεσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν, ὅσοι τε οἱ σύμπαντες ἦσαν καὶ τίνες ἐξ αὐτῶν 30 τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν εἶχον.

15*. *Dion. IIII 7* Ἔχει δὲ καὶ ἄλλας τινὰς τὸ πρᾶγμα [*Aruntem et Lucium Tarquinios filios Prisci fuisse*] ἀτοπίας, ἃς ἅπαντες ἠγνόησαν οἱ τὰ Ῥωμαϊκὰ συνταξάμενοι πλὴν ἑνός, οὗ κατὰ μικρὸν ἐρῶ τοὔνομα. ὡμολόγηται γὰρ ὅτι 35

καὶ μετὰ τὴν Ταρκυνίου τελευτὴν παραλαβὼν τὴν βασιλείαν Τύλλιος ἐπ' ἔτη τετταράκοντα καὶ τέτταρα κατέσχεν, ὥστ', εἰ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἑπτακαιεικοσαέτης ἦν ὅτε ἀπεστερεῖτο τῆς ἀρχῆς ὁ πρεσβύτερος τῶν Ταρκυνίων, ὑπὲρ ἑβδομήκοντα δὲ ἔτη γεγονὼς ἂν ἦν ὅτε τὸν Τύλλιον ἀπ- 5 *έκτεινεν. ἐν κρατίστῃ δέ γε αὐτὸν ἡλικίᾳ τότε ὄντα παραδεδώκασιν οἱ συγγραφεῖς καί φασιν ὅτι Τύλλιον αὐτὸς ἀράμενος ἐκ τοῦ βουλευτηρίου καὶ φέρων ἔξω κατὰ τῶν κρηπίδων ἐξέχεεν. ἥ τε ἐκ τῆς ἀρχῆς ἔκπτωσις αὐτοῦ γίνεται πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ μετὰ ταῦτα ἔτει, καὶ τούτῳ τῷ ἔτει* 10 *στρατευόμενος ἐν τῷ πρὸς Ἀρδεάτας εἰσάγεται πολέμῳ καὶ πάντα τὰ ἔργα δι' ἑαυτοῦ τελῶν. οὐκ ἔχει δὲ λόγον ἐν πολέμοις ἐξετάζεσθαι σῶμα ἀνδρὸς ἓξ καὶ ἐνενήκοντα βεβιωκότος ἔτη. ἐκπεσών τε τῆς ἀρχῆς ἔτι πολεμεῖ Ῥωμαίοις οὐκ ἐλάττω τεττάρων καὶ δέκα ἐτῶν, αὐτὸς ἐν τοῖς πράγμασιν* 15 *ἐξεταζόμενος, ὥς φασιν. ὃ παρὰ τὰς κοινὰς ἁπάντων ἐστὶ δόξας, καὶ ὁ τοῦ βίου χρόνος αὐτῷ πλείων ἀναφαίνεται τῶν ἑκατὸν καὶ δέκα γεγονὼς ἐτῶν· τοῦτο δὲ τὸ μῆκος τῶν βίων οὐ φέρουσιν οἱ καθ' ἡμᾶς τόποι. — τούτων δὴ τῶν ἀδυνάτων τε καὶ ἀτόπων ἕκαστα ἐπιλογιζόμενος οὐχ* 20 *υἱοὺς εἶναι Ταρκυνίου γράφω τοὺς παῖδας ἀλλ' υἱωνούς, Λευκίῳ Πείσωνι τῷ Φρυγὶ συγκαταθέμενος. ἐκεῖνος γὰρ ἐν ταῖς ἐνιαυσίοις πραγματείαις τοῦτο ἱστόρηκε μόνος.* (*cf. c. 8. 28. 31. 33. 34.*)

16*. *Liu. I 55, 7* Itaque Pomptinae manubiae [*quas* 25 *ceperat Tarquinius Superbus urbe expugnata*], quae perducendo ad culmen operi [*templo Capitolino*] destinatae erant, uix in fundamenta suppeditauere. Eo magis Fabio, praeterquam quod antiquior est, crediderim, quadraginta ea sola talenta fuisse [*fr. 13*] quam Pisoni, qui quadraginta milia pondo 30 argenti seposita in eam rem scribit, summam pecuniae neque ex unius tum urbis praeda sperandam et nullius ne horum quidem magnificentiae operum fundamenta non exsuperaturum.

17. *Prisc. X p. 497 H.* Piso historiarum I: Cuius 35

dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse, isque aedilis curulis factus est.

Idem Cn. Flauius, Anni filius, dicitur ad collegam uenisse uisere aegrotum. eo in conclaue postquam introiuit, adulescentes ibi complures nobiles sedebant. hi contempnentes eum assurgere ei nemo uoluit. Cn. Flauius, Anni filius, id arrisit, sellam curulem iussit sibi afferri, eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset, utique hi omnes inuiti uiderent sese in sella curuli sedentem. (=*Plin. n. h. XXXIII 17—19 conl. Liu. VIIII 46, 1—10. cf. Licin. fr. 18.*) 10

EX LIBRIS III—VII

299/455 **28*.** *Liu. X 9, 12* Id ne pro certo ponerem, uetustior annalium auctor Piso effecit, qui eo anno aediles curules fuisse tradit Cn. Domitium Cn. f. Caluinum et Sp. Caruilium Q. f. Maximum. (*cf. Licin. fr. 19.*)

263/491 **29*.** *Plin. n. h. XVI 192* Mirum apud antiquos primo 15 Punico bello classem Duilli inperatoris ab arbore LX die nauigasse, contra uero Hieronem regem CCXX naues effectas diebus XXXXV tradit L. Piso.

30*. *Plin. n. h. VIII 16* Elephantos Italia primum uidit Pyrri regis bello et boues Lucas appellauit in Lucanis 20 uisos anno urbis CCCCLXXII, Roma autem in triumpho VII annis ad superiorem numerum additis, eadem plurimos anno DII uictoria L. Metelli pontificis in Sicilia de Poenis captos. 250/504 CXLII fuere aut, ut quidam, CXL trauecti ratibus, quas doliorum consertis ordinibus inposuerat. — tradit — L. Piso 25 inductos dumtaxat in circum atque, ut contemptus eorum incresceret, ab operariis hastas praepilatas habentibus per circum totum actos. nec quid deinde his factum sit, auctores explicant, qui non putant interfectos.

231/523 **31*.** *Plin. n. h. XV 126* L. Piso tradit, Papirium Maso- 30 nem, qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis, myrto coronatum ludos circenses spectare solitum.

212/542 **32*.** *Liu. XXV 39, 15* Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii [*post mortem Scipionum in Hispania*] —. Piso quinque milia hominum, cum 35

Mago cedentis nostros effuse sequeretur, caesa ex insidiis scribit. Apud omnis magnum nomen Marcii ducis est. et uerae gloriae eius etiam miracula addunt, flammam ei contionanti fusam e capite sine ipsius sensu cum magno pauore circumstantium militum, monimentumque uictoriae eius de 5 Poenis usque ad incensum Capitolium fuisse in templo clipeum Marcium appellatum cum imagine Hasdrubalis. (*cf. Acil. fr. 4. Valer. fr. 23.*)

33*. *Plin. XVIII 41* C. Furius Cresimus e seruitute liberatus cum in paruo admodum agello largiores multo 10 fructus perciperet quam ex amplissimis uicinitas, in inuidia erat magna, ceu fruges alienas perliceret ueneficiis. quam ob rem ab Sp. Albino curuli *aedile* die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit et adduxit familiam 15 suam ualidam atque, ut ait Piso, bene curatam ac uestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos. postea dixit: 'Veneficia mea, Quirites, haec sunt, nec possum uobis ostendere aut in forum adducere lucubrationes meas uigiliasque et sudores.' Omnium 20 sententiis absolutus itaque est.

34*. *Plin. XXXIIII 14* Triclinia aerata abacosque et $\frac{187}{567}$ monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primum inuexisse triumpho suo, quem duxit anno urbis DLXVII, L. Piso auctor est. 25

35*. *Plin. III 131* Ab Aquileia ad XII lapidem deletum oppidum etiam inuito senatu a M. Claudio Marcello L. Piso auctor est.

EX LIBRO VII

36. *Censor. d. d. n. 17, 13* Testis est Piso, in cuius $\frac{158}{596}$ annali septimo scriptum est sic: Roma condita annos DC septimum occipit saeculum his consulibus, qui proximi sunt: consules M. Aemilius M. filius Lepidus C. Popilius II absens.

37*. *Plin. XXXIIII 30* Lucius Piso prodidit, M. $\frac{158}{596}$ Aemilio C. Popilio iterum consulibus a censoribus P. Cornelio Scipione M. Popilio statuas circa forum eorum qui 35 magistratum gesserant, sublatas omnis praeter eas quae

populi aut senatus sententia statutae essent, eam uero quam apud aedem Telluris statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum adfectaverat, etiam conflatam a censoribus.

154/600 **38*.** *Plin. XVII 244* Nec non et Romae in Capitolio in ara Iouis bello Persei enata palma uictoriam triumphosque portendit. hac tempestatibus prostrata eodem loco ficus enata est M. Messalae C. Cassii censorum lustro, a quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis auctor prodidit.

146/608 **39*.** *Censor. d. d. n. 17, 11* At Piso Censorius et Cn. Gellius [*fr. 28*] sed et Cassius Hemina [*fr. 39*], qui illo tempore uiuebat, post annum factos [*ludos saeculares*] tertium adfirmant, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico consulibus, id est anno DCVIII.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

40. *Cic. ad fam. VIIII 22, 2* At vero Piso ille Frugi in annalibus suis queritur, adulescentes peni deditos esse.

41. *Varro ap. Lactant. inst. I 6, 9* Quartam [*Sibyllam fuisse*] Cimmeriam in Italia, quam Naevius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominat.

42. *Macrob. sat. I 12, 18* Piso uxorem Vulcani Maiestam, non Maiam dicit uocari.

43. *Macrob. sat. III 2, 14* Piso ait uitulam uictoriam nominari. cuius rei hoc argumentum profert, quod postridie nonas Iulias re bene gesta, cum pridie populus a Tuscis in fugam uersus sit, unde populifugia uocantur, post uictoriam certis sacrificiis fiat uitulatio.

44. *Seru. ad Aen. X 76* Varro Pilumnum et Picumnum infantium deos esse ait, eisque pro puerpera lectum in atrio sterni, dum exploretur an vitalis sit qui natus est. Piso Pilumnum dictum, quia pellat mala infantiae.

45. *Arnob. III 38* Nouensiles Piso deos esse credit nouem in Sabinis apud Trebiam constitutos. hos Granius Musas putat consensum adcommodans Aelio.

C. FANNIVS

TESTIMONIA

1. *C. Fannius M. f. (C. I. L. I n. 560 p. 158) C. Laelii gener, a. 146. 608 Carthaginis expugnationi interfuit (fr. 4), 142. 612 bello Viriatino, post id tribunus pl., inter a. 129. 625 et 125. 629 praetor, 122. 632 consul.*

2. *Perperam quae ad hunc pertinent, duobus Fanniis distribuit Cic. Brut. 26, 99* Horum aetatibus adiuncti duo C. Fannii, C. et M. filii, fuerunt; quorum Gai filius, qui consul cum Domitio fuit [*a. 122. 632*], unam orationem de sociis et nomine Latino contra C. Gracchum reliquit sane et bonam et nobilem. — praesertim cum Fannius numquam sit habitus elinguis. nam et causas defensitauit et tribunatus eius arbitrio et auctoritate P. Africani gestus non obscurus fuit. Alter autem C. Fannius, M. filius, C. Laelii gener et moribus et ipso genere dicendi durior. is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, praesertim cum ille Q. Scaeuolam sibi minorem natu socerum praetulisset, — is tamen instituto Laelii Panaetium audiuerat. eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspici potest, quae neque nimis est infans neque perfecte diserta. *cf. de legg. I 2, 6* (*Pict. lat. test. 1*).

3. *Victor. I 20 p. 203 H.* Sallustius [*hist. fr. I 2 Kr.*] — dat — Fannio — ueritatem.

FRAGMENTA ANNALIVM

EX LIBRO I

1. *Priscian. XIII p. 8 H.* G. Fannius in I annalium: Cum in uita agenda didicimus, multa, quae inpraesentiarum bona uidentur, post *mala* inuenta et multa amplius alius modi atque ante uisa essent.

EX LIBRO VIII

2. *Charis. I p. 124 K.* G. Fannius annalium VIII: Domina eius, ubi ad uillam uenerat, iubebat biber dari.

3. *Schol. Veron. ad. Verg. Aen. III 707 p. 93 K.* C. Fannius in VIII annali Drepanum modo, modo Drepana appellat.

INCERTORVM LIBRORVM FRAGMENTA

146/608 **4.** *Plut. Tib. Gracch. 4* Ὁ δ' οὖν νεώτερος Τιβέριος στρατευόμενος ἐν Λιβύῃ μετὰ τοῦ δευτέρου Σκηπίωνος ἔχοντος αὐτοῦ τὴν ἀδελφὴν ὁμοῦ συνδιαιτώμενος ὑπὸ σκηνὴν 5 τῷ στρατηγῷ ταχὺ μὲν αὐτοῦ τὴν φύσιν κατέμαθε πολλὰ καὶ μεγάλα πρὸς ζῆλον ἀρετῆς καὶ μίμησιν ἐπὶ τῶν πράξεων ἐκφέρουσαν, ταχὺ δὲ τῶν νέων πάντων ἐπρώτευεν εὐταξίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ· καὶ τοῦ γε τείχους ἐπέβη τῶν πολεμίων πρῶτος, ὥς φησι Φάννιος, λέγων καὶ αὐτὸς τῷ Τιβερίῳ συνεπι- 10 βῆναι καὶ συμμετασχεῖν ἐκείνης τῆς ἀριστείας.

133/621 **5.** *Cicer. Brut. 21, 81* Q. Metellus, is cuius quattuor filii consulares fuerunt, imprimis est habitus eloquens, qui pro L. Cotta dixit accusante Africano, cuius et aliae sunt orationes et contra Ti. Gracchum exposita est in C. Fannii 15 annalibus.

6. *Cicer. Tusc. IIII 17, 40* Aegre tulisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fannium est, sed tamen transisse uidetur modum, quippe qui ob eam caussam a uita recesserit. 20

7. *Cic. acad. prior. II 5, 15* Socrates autem de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos uolebat refellere. ita cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν uocant. quam ait etiam in Africano fuisse Fannius, 25 idque propterea uitiosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate. = *Cic. de orat. II 67, 270* In hoc genere [*urbanae dissimulationis*] Fannius in annalibus suis Africanum hunc Aemilianum *multum* dicit fuisse et eum Graeco uerbo appellat εἴρωνα sed, uti fuerunt, qui melius 30 haec norunt, Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. *Brut. 87, 299* Quare εἴρωνα me, ne si Africanus quidem fuit, ut ait in historia sua C. Fannius, existimari uelim.

8*. *Priscian. VIII p. 380 H.* Gaius Fannius: Haec apiscuntur.

EX BRVTI EPITOME FANNIANA

9. *Cicer. ad Att. XII 5, 3* Et uide, quaeso, L. Libo, ille, qui de Ser. Galba, Censorinone et Manilio, an T. Quinctio M'. Acilio consulibus tribunus pl. fuerit. conturbabat enim me [epitome Bruti Fanniana] in Bruti epitoma Fannianorum [scripsi] quod erat in extremo; idque ego secutus, hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Laelii; sed tu me γεωμετρικῶς refelleras, te autem nunc Brutus et Fannius. ego tamen de bono auctore, Hortensio, sic acceperam, ut apud Brutum est. hunc igitur locum expedies. 10

149/605 148/604

VENNONIVS

TESTIMONIA DE ANNALIBVS

1. *Cic. de leg. I 2, 6 (Pict. lat. test. 1).*
2. *Cic. ad Att. XII 3, 1 (a. 46. 708)* Ego me interea cum libellis. ac moleste fero Vennonii me historiam non habere. 15

FRAGMENTVM ANNALIVM

1. *Dionys. IIII 15* Διεῖλε δὲ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν [*Seruius Tullius*], ὡς μὲν Φάβιός φησιν [*gr. fr. 9*], εἰς μοίρας ἕξ τε καὶ εἴκοσιν, ἃς καὶ αὐτὰς καλεῖ φυλὰς —· ὡς δὲ Οὐεννώνιος ἱστόρηκεν, εἰς μίαν τε καὶ τριάκοντα, ὥστε σὺν ταῖς κατὰ τὴν πόλιν οὔσαις ἐκπεπληρῶσθαι τὰς ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς ὑπαρχούσας τριάκοντα καὶ πέντε φυλάς. (*cf. Cat. fr. 23.*) 20

C. SEMPRONIVS TVDITANVS.

TESTIMONIA

1. *Quaestor a. 145. 609, praetor 132. 622. 'C. Sempronius C. F. C. nepos Tuditanus a. DCXXIV [129. 625 aer. Varr.] cos. de Iapudibus K. Oct.' triumphauit. act. triumph. Cap. p. 459 M. cf. Liu. per. 59.* 25

2. *cf. Caton. fr. 5.*
3. *Cic. Brut. 25, 95* Gaius Tuditanus cum omni uita atque uictu excultus atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus.
4. *Tuditano Plinius in nat. hist. sec. indic. etiam in libro XII usus est.* 5

FRAGMENTA ANNALIVM

1. *Dionys. I 11. 13* Οἱ δὲ λογιώτατοι τῶν Ῥωμαϊκῶν συγγραφέων, ἐν οἷς ἐστι Πόρκιός τε Κάτων, ὁ τὰς γενεαλογίας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐπιμελέστατα συναγαγὼν καὶ Γάιος Σεμπρώνιος καὶ ἄλλοι συχνοί, Ἕλληνας αὐτοὺς [*Aborigines*] 10 εἶναι λέγουσι τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ ποτὲ οἰκησάντων κ. τ. λ. = *Cat. fr. 6 p. 44.*

2. *Macrob. Sat. I 16, 32* Harum [*nundinarum*] originem quidem Romulo adsignant, quem communicato regno cum Tito Tatio sacrificiis et sodalitatibus institutis nun- 15 dinas quoque adiecisse commemorant, sicut Tuditanus adadfirmat. (*cf. Cass. fr. 14. Rutil. fr. 1.*)

3. *Plin. n. h. XIII 84* Cassius Hemina, uetustissimus auctor annalium, quarto eorum libro [*fr. 37*] prodidit Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem 20 effodisse arcam, in qua Numa, qui Romae regnavit, situs fuisset. in eadem libros eius repertos P. Cornelio L. f. Cethego, M. Baebio Q. f. Tamphilo coss. — eosque combustos a Q. Petilio praetore, quia philosophiae scripta essent. hoc idem tradit Piso Censorius primo commentariorum [*fr. 11*], 25 sed libros septem iuris pontificii totidemque Pythagoricos fuisse, Tuditanus quattuordecim Numae decretorum fuisse. (*cf. Valer. fr. 7—10.*)

494 | 260 4. *Ascon. in Cicer. Cornel. p. 68 K.* Ceterum quidam non duo tribunos plebis, ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos 30 tum [*in monte sacro*] esse, singulos ex singulis classibus. sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum quem Cicero ponant, inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus [*fr. 3*], Liuius quoque noster [*II 33, 21*]. Idem hic et Tuditanus

adiciunt tres praeterea ab illis duobus sibi collegas creatos esse. nomina duorum, qui primi creati sunt, haec traduntur: L. Sicinius L. f. Bellutus, L. Albinius C. f. Paterculus. (*cf. Pis. fr. 23.*)

250/504 **5.** *Gell. n. Att. VII (VI) 4, 1* Quod satis celebre est de Atilio Regulo, id nuperrime legimus in Tuditani scriptum libris: Regulum captum ad ea, quae in senatu Romae dixit suadens, ne captiui cum Carthaginiensibus permutarentur, id quoque addidisse, uenenum sibi Carthaginienses dedisse, non praesentarium, sed eius modi quod mortem in diem proferret, 10 eo consilio, ut uiueret quidem tantisper quoad fieret permutatio, post autem grassante sensim ueneno contabesceret. Eundem Regulum Tubero [*fr. 9*] in historiis redisse Carthaginem nouisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit. — Tuditanus autem somno diu prohibitum atque ita 15 uita priuatum refert, idque ubi Romae cognitum est, nobilissimos Poenorum captiuos liberis Reguli a senatu deditos et ab his in armario muricibus praefixo destitutos eademque insomnia cruciatos interisse.

194/560 **6.** *Plutarch. Tit. Flam. 14* *Τό τε τῶν χρημάτων πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἦν, ὡς ἀναγράφουσιν οἱ περὶ Τουδιτανὸν ἐν τῷ θριάμβῳ* [*T. Quinctii Flaminini post Philippum uictum*] *κομισθῆναι χρυσίου μὲν συγκεχωνευμένου λίτρας τρισχιλίας ἑπτακοσίας δεκατρεῖς, ἀργύρου δὲ τετρακισμυρίας τρισχιλίας διακοσίας ἑβδομήκοντα, φιλιππείους δὲ χρυσοῦς* 25 *μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίους δεκατέσσαρας, χωρὶς δὲ τούτων τὰ χίλια τάλαντα Φίλιππος ὤφειλεν.*

EX MAGISTRATVVM LIBRIS

EX LIBRO III

7. *Macrob. sat. I 13, 21* Quando autem primum intercalatum sit, uarie refertur. — Tuditanus refert libro tertio magistratuum, decem uiros, qui decem tabulis duas addi- 30 derunt, de intercalando populum rogasse. (*cf. Cass. fr. 18. Licin. 4. Ant. 5.*)

EX LIBRO XIII

8. *Ex libro M. Messallae auguris de auspiciis primo ap. Gell. n. A. XIII 15, 4* Praetor etsi conlega consulis est, neque praetorem neque consulem iure rogare potest, ut quidem nos a superioribus accepimus aut ante haec tempora seruatum est et ut in commentario tertio decimo 5 C. Tuditani patet, quia imperium minus praetor, maius habet consul, et a minore imperio maius aut † maiore conlega rogari iure non potest.

CN. GELLIVS

TESTIMONIA DE ANNALIBVS

1. *Cic. de diu. I 26, 55 (fr. 21)* Omnes hoc historici, Fabii, Gellii, sed proxime Coelius. [*an idem Cn. Gellius, contra* 10 *quem pro L. Turio M. Porcius Cato dixit? Gell. XIV 2,21.*]

2. *Dion. I 7 Τὰ δ' ἐκ τῶν ἱστοριῶν ἀναλεξάμενος, ἃς οἱ πρὸς αὐτῶν ἐπαινούμενοι Ῥωμαίων συνέγραψαν Πόρκιός τε Κάτων καὶ Φάβιος Μάξιμος καὶ Οὐαλέριος ὁ Ἀντιεὺς καὶ Λικίννιος Μάκερ Αἴλιοί τε καὶ Γέλλιοι καὶ Καλπούρνιοι καὶ ἕτεροι* 15 *συχνοὶ πρὸς τούτοις ἄνδρες οὐκ ἀφανεῖς, ἀπ' ἐκείνων ὁρμώμενος τῶν πραγματειῶν (εἰσὶ δὲ ταῖς Ἑλληνικαῖς χρονογραφίαις ἐοικυῖαι) τότε ἐπεχείρησα τῇ γραφῇ.* [*Cic. de legg. I 2, 6* Ecce autem successere huic [*Coelio*] † belli [*sic libri praeter unum, in quo a sec. m.* bello *est,* Gellii *Guilelmus*] 20 Clodius, Asellio, nihil ad Coelium sed potius ad antiquorum languorem et inscitiam.]

3. *uid. fr. 19 (ap. Dion.) Λικίννιος μὲν γὰρ καὶ οἱ περὶ Γέλλιον οὐδὲν ἐξητακότες οὔτε τῶν εἰκότων οὔτε τῶν δυνατῶν. fr. 20 ὡς Λικίννιος γέγραφε καὶ Γέλλιος καὶ ἄλλοι συχνοὶ τῶν Ῥωμαίων* 25 *συγγραφέων, οὐθὲν ἐξητακότες τῶν περὶ τοὺς χρόνους ἀκριβῶς, ὡς αὐτὸ δηλοῖ τοὖργον, ἀλλ' εἰκῇ τὸ προστυχὸν ἀποφαινόμενοι.*

FRAGMENTA ANNALIVM
EX LIBRO I

1*. *Vopisc. Prob. 1, 1* Certum est quod Sallustius Crispus [*Cat. 8, 4*] quodque M. Cato [*fr. 83*] et Gellius historici sententiae modo in litteras rettulerunt, omnes omnium uirtutes tantas esse quantas uideri eas uoluerint eorum ingenia qui unius cuiusque facta descripserint.

2*. *Plin. n. h. VII 192* Litteras semper arbitror Assyrias fuisse, sed alii apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas uolunt. utique in Graeciam attulisse e Phoenice Cadmum sedecim numero, quibus Troiano bello Palameden adiecisse quattuor hac figura *ZΨΦX*, totidem post eum Simonidem melicum *ΥΞΩΘ*, quarum omnium uis in nostris recognoscitur. (*cf. Victor. art. gr. p. 194 K.*)

3*. *Mar. Victor. art. gram. I p. 23 K. = Cinc. fr. 1.*

4*. *Plin. n. h. VII 194* Gellio Toxius Caeli filius lutei aedificii inuentor placet exemplo sumpto ab hirundinum nidis.

5*. *Plin. n. h. VII 197* Auri metalla et flaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem [*inuenit*], ut alii, Thoas aut Aeacus in Panchaia aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinae quoque inuentionem ex melle assignat.

6*. *Plin. n. h. VII 198* Mensuras et pondera [*inuenit*] Phidon Argiuus aut Palamedes, ut maluit Gellius.

7*. *Solin. I 7 p. 7 M.* Aram Hercules, quam uouerat, si amissas boues repperisset, punito Caco patri Inuentori dicauit. qui Cacus habitauit locum, cui Salinae nomen est, ubi Trigemina nunc porta. Hic, ut Gellius tradit, cum a Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus uenerat missu Marsyae regis, socio Megale Phryge, custodiae foret datus, frustratus uincula et unde uenerat redux, praesidiis amplioribus occupato circa Vulturnum et Campaniam regno, dum attrectare etiam ea audet, quae concesserant in Arcadum iura, duce Hercule, qui tunc forte aderat, oppressus est. Megalen Sabini receperunt, disciplinam augurandi ab eo docti.

8*. *Plin. III 108* Gelli[an]us auctor est lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe, conditum a Marsya duce Lydorum.

9*. *Solin. 2, 28 p. 42 M.* Cn. Gellius Aeetae tres filias dicit, Angitiam, Medeam, Circen; Circen Circeios insedisse 5 montes, carminum maleficiis uarias imaginum facies mentientem; Angitiam uicina Fucino occupauisse ibique salubri scientia aduersus morbos resistentem, cum dedisset homines uiuere, deam habitam; Medeam ab Iasone Buthroti sepultam filiumque eius Marsis imperasse. 10

EX LIBRO II

10*. *Seru. Aen. VIII 638* Cato autem [*fr. 51*] et Gellius a Sabo Lacedaemonio trahere eos [*Sabinos*] originem referunt.

11. *Dionys. II 31* *Ταῦτα δὲ γενέσθαι* [*Sabinas raptas esse*] *τινὲς μὲν γράφουσι κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς Ῥω-* 15 *μύλου ἀρχῆς, Γναῖος δὲ Γέλλιος κατὰ τὸν τέταρτον. ὃ καὶ μᾶλλον εἰκός· νέον γὰρ οἰκιζομένης πόλεως ἡγεμόνα πρὶν ἢ καταστήσασθαι τὴν πολιτείαν ἔργῳ τηλικούτῳ ἐπιχειρεῖν οὐκ εἶχε λόγον.*

12. *Charis. I p. 54 K.* Gellius in II: Deabus, inquit, 20 supplicans.

13. *Charis. I p. 54 K.* Gellius — in eodem [II]: Multitudo puerorum iam erat ex raptabus. [*Sabinis.*]

EX LIBRO III

14. *Charis. I p. 54 K.* Gellius — in tertio: Capite cum aliis paucabus consilium. 25

15. *Gell. XIII 23 (22), 13* Sed id perite magis quam comice dictum intelleget, qui leget Cn. Gellii annalem tertium, in quo scribtum est, Hersiliam, cum apud T. Tatium uerba faceret pacemque oraret, ita precatam esse: Neria Martis, te obsecro, pacem dato, uti liceat nuptiis propriis 30 et prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi et suis, posteros patriae pararent.

16*. *Dionys. II 72* Ἡ δ' ἑβδόμη μοῖρα τῆς ἱερᾶς νομοθεσίας τῷ συστήματι προσετέθη τῶν καλουμένων φετιαλίων. — εἰσὶ δ' ἐκ τῶν ἀρίστων οἴκων ἄνδρες ἐπίλεκτοι διὰ παντὸς ἱερώμενοι τοῦ βίου, Νόμα τοῦ βασιλέως πρώτου καὶ τοῦτο Ῥωμαίοις τὸ ἱερὸν ἀρχεῖον καταστησαμένου· εἰ μέντοι 5 παρὰ τῶν καλουμένων Αἰκικλῶν τὸ παράδειγμα ἔλαβεν, ὥσπερ οἴονταί τινες, ἢ παρὰ τῆς Ἀρδεατῶν πόλεως, ὡς γράφει Γέλλιος, οὐκ ἔχω λέγειν. ἀπόχρη δέ μοι τοσοῦτο μόνον εἰπεῖν, ὅτι πρὸ τῆς Νόμα ἀρχῆς οὔπω τὸ τῶν εἰρηνοδικῶν σύστημα παρὰ Ῥωμαίοις ἦν. κατεστήσατο δ' αὐτὸ Νόμας, ὅτε Φιδη- 10 νάταις ἔμελλε πολεμεῖν.

17*. *Dion. II 76* Ἐτελεύτησε [Νόμας], — γενεὰν — καταλιπών, ὡς μὲν οἱ πλείους γράφουσιν, υἱοὺς τέτταρας καὶ θυγατέρα μίαν, ὧν ἔτι σώζεται τὰ γένη, ὡς δὲ Γέλλιος Γναῖος ἱστορεῖ θυγατέρα μόνην, ἐξ ἧς ἐγένετο Ἄγκος Μάρκιος ὁ 15 τρίτος ἀπ' ἐκείνου γενόμενος Ῥωμαίων βασιλεύς.

18*. *Dionys. IIII 6* Παραγίνεται δ' εἰς Ῥώμην [*Tarquinius Priscus*] Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος, ὡς μὲν Γέλλιος ἱστορεῖ, κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας, ὡς δὲ Λικίννιος γράφει, κατὰ τὸν ὄγδοον. ἔστω δὴ κατὰ τοῦτον ἐλη- 20 λυθὼς τὸν ἐνιαυτὸν καθ' ὃν γράφει Λικίννιος [*fr. 8*], καὶ μὴ πρότερον· ἐν ὑστέρῳ μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴη χρόνῳ παραγεγονώς, εἴγε δὴ κατὰ τὸν ἔνατον ἐνιαυτὸν τῆς Ἄγκου δυναστείας ἱππέων ἡγούμενος ἐπὶ τὸν πρὸς Λατίνους πόλεμον ὑπὸ τοῦ βασιλέως πέμπεται, ὡς ἀμφότεροι λέγουσιν οἱ συγ- 25 γραφεῖς.

EX LIBRO IIII

19*. *Dion. VI 11* Λικίννιος μὲν γὰρ [*fr. 11*] καὶ οἱ 496/258 περὶ Γέλλιον οὐδὲν ἐξητακότες οὔτε τῶν εἰκότων οὔτε τῶν δυνατῶν αὐτὸν εἰσάγουσι τὸν βασιλέα Ταρκύνιον [*in pugna Regillensi*] ἀγωνιζόμενον ἐφ' ἵππου καὶ τιτρωσκόμενον, ἄνδρα 30 ἐνενήκοντα ἔτεσι προσάγοντα. (*cf. Pis. fr. 15 p. 80.*)

20*. *Dion. VII 1* Ταῦτα [σπάνιν ἰσχυρὰν τὴν Ῥώμην 492/262 κατασχεῖν] ἡ βουλὴ μαθοῦσα πρέσβεις διέπεμπε πρὸς Τυρρη-

νοὺς καὶ Καμπανοὺς καὶ τὸ καλούμενον Πωμεντῖνον πεδίον σῖτον ὅσον ἂν δύναιντο πλεῖστον ὠνησομένους. Πόπλιος δὲ Οὐαλέριος καὶ Λεύκιος Γεγάνιος εἰς Σικελίαν ἀπεστάλησαν, Οὐαλέριος μὲν υἱὸς ὢν Ποπλικόλα, Γεγάνιος δὲ θατέρου τῶν ὑπάτων ἀδελφός. τύραννοι δὲ τότε κατὰ πόλεις 5 μὲν ἦσαν, ἐπιφανέστατος δὲ Γέλων ὁ Δεινομένους νεωστὶ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ ἀδελφοῦ τυραννίδα παρειληφώς, οὐχὶ Διονύσιος ὁ Συρακούσιος, ὡς Λικίννιος [*fr. 12*] γέγραφε καὶ Γέλλιος καὶ ἄλλοι συχνοὶ τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων, οὐθὲν ἐξητακότες τῶν περὶ τοὺς χρόνους ἀκριβῶς, ὡς αὐτὸ 10 δηλοῖ τοὖργον, ἀλλ' εἰκῇ τὸ προστυχὸν ἀποφαινόμενοι.

490/264 **21*.** *Cic. de diuin. I 26, 55* Omnes hoc historici, Fabii [*fr. 15*], Gellii sed proxime Coelius: = *Coel. fr. 49.*

EX LIBRO V

22. *Charis. I p. 54 K.* Gellius — in V: Puellabus.

EX LIBRO VII

23. *Charis. I p. 54 K.* Gellius in — VII: Pro duabus 20 pudicabus.

EX LIBRO XV

24*. *Macrob. sat. I 8, 1* Nec me fugit Gellium scribere, senatum decresse, ut aedes Saturni fieret, eique rei Lucium Furium tribunum militum praefuisse.

25. *Macrob. sat. I 16, 21* Horum [*dierum postriduanorum*] causam Gellius annalium libro quinto decimo et 25 Cassius Hemina historiarum libro secundo referunt: = *Cass. fr. 20 p. 71.*

EX LIBRO XXXIII

216/538 **26.** *Charis. I p. 55 K.* [= *139. Prisc. VII p. 318 H.*] Quamuis Gellius libro XXXIII dixerit: Caluariaeque eius 30 ipsum ossum expurgarunt inauraueruntque. (*Boii L. Postumii, cf. Liu. XXIII 24, 11.*)

161/593 **27*.** *Macrob. sat. III 17, 3* Cumque auctoritatem nouae legis aucta necessitas imploraret, post annum uice-

simum secundum legis Orchiae Fannia lex data est, anno post Romam conditam secundum Gellii opinionem quingentesimo octogesimo octauo. 146

28*. *Censor. de d. nat. 17, 11* At Piso Censorius [*fr. 39*] 608 et Cn. Gellius sed et Cassius Hemina [*fr. 39*], qui illo tempore uiuebat, [*quartos ludos saeculares*] post annum factos tertium adfirmant, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico consulibus, id est anno DCVIII. 5

EX LIBRO LXXXXVII

29. *Charis. I p. 54 K.* Gellius in XCVII: 'Portabus' et mox 'Oleabus'. 10

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

30. *Gell. XVIII 12, 6* Cn. Gellius in annalibus: Postquam tempestas sedauit, Atherbal taurum immolauit.

31. *Charis. I p. 54 K.* Gellius uero: 'Regerum' et 'Lapiderum'.

32. *Charis. I p. 71 K.* Quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit. 15

33. *Seru. ad Aen. IIII 390* Gellius annalium 'Deliquium solis' et 'Deliquionem' dicit.

[**34.** *Non. s. u. bubo p. 194* A. Gellius [?] historiarum libro I: Et quod bubo in columna aedis Iouis sedens conspectus est.] 20

L. COELIVS ANTIPATER

BELLI PVNICI ALTERIVS HISTORIAE AD C. LAELIVM TESTIMONIA

1. *Cic. Brut. 26, 102* L. Coelius Antipater scriptor, quemadmodum uidetis, fuit, ut temporibus illis, luculentus, iuris ualde peritus, multorum etiam, ut L. Crassi [*nat. 140. 614, cos. 95. 659. mort. 91. 663*], magister. (*cf. fr. 50.*)

2. *Pompon. de orig. iur. I 2, 40 p. 4 M.* Coelius Antipater, 5 qui historias conscripsit, sed plus eloquentiae quam scientiae iuris operam dedit.

3. *Cicer. de legg. I 2, 6* Fannii aetate coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius habuitque uires agrestis ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra, sed tamen 10 admonere reliquos potuit, ut adcuratius scriberent. *de orat. II 12, 54* [*loquitur M. Antonius a. 91. 663*] Paullulum se erexit [*post Catonem, Pictorem, Pisonem*] et addidit historiae maiorem sonum uocis uir optimus, Crassi familiaris, Antipater. ceteri non exornatores rerum sed tantum 15 modo narratores fuerunt. Est, inquit Catulus, ut dicis, sed iste ipse Coelius neque distinxit historiam uarietate locorum neque uerborum collocatione et tractu orationis leni et aequabili perpoliuit illud opus; sed ut homo neque doctus neque maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, 20 dolauit; uicit tamen, ut dicis, superiores. (*uid. test. 1. fr. 1.*)

4. *Front. ad Ver. I 1 p. 114 N.* Historiam quoque scribsere — uerbis — Coelius singulis. *ad M. Caes. IV 3 p. 62* eumque [*Ennium in uerbis industriosius quaerendis*] studiose aemulatus L. Coelius. *Spart. Hadr. 16, 6* Hadrianus — amauit — 25 genus uetustum dicendi — Salustio Coelium praetulit.

5. *Valer. Max. I, 7, 6* Coelius etiam, certus Romanae historiae auctor. *uid. fr. 2. 25. 29. 11* hoc item in Sileni, quem Coelius sequitur, Graeca historia est. (*cf. Corn. Nep. Hann. 13* Huius belli gesta multi memoriae prodiderunt, sed ex his 30 duo, qui cum eo [*Hannibale*] in castris fuerunt simulque uixerunt, quamdiu fortuna passa est, Silenus et Sosilus

Lacedaemonius. *Polyb. III 20* Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι προσπεπτωκυίας αὐτοῖς ἤδη τῆς τῶν Ζακανθαίων ἁλώσεως οὐ μὰ Δία περὶ τοῦ πολέμου τότε διαβούλιον ἦγον, καθάπερ ἔνιοι τῶν συγγραφέων φασί, προσκατατάττοντες ἔτι καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερα ῥηθέντας λόγους, πάντων ἀτοπώτατον πρᾶγμα ποι- 5 οῦντες. — πρὸς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων οἷα γράφει Χαιρέας καὶ Σωσύλος οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν. οὐ γὰρ ἱστορίας ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς ἔμοιγε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν. *c. 47, 6* Ἔνιοι δὲ τῶν γεγραφότων περὶ τῆς ὑπερβολῆς [*Alpium*] ταύτης, βουλό- 10 μενοι τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐκπλήττειν τῇ περὶ τῶν προειρημένων τόπων παραδοξολογίᾳ, λανθάνουσιν ἐκπίπτοντες εἰς δύο τὰ πάσης ἱστορίας ἀλλοτριώτατα. καὶ γὰρ ψευδολογεῖν καὶ μαχόμενα γράφειν αὐτοῖς ἀναγκάζονται. ἅμα μὲν γὰρ τὸν Ἀννίβαν ἀμίμητόν τινα παρεισάγοντες στρατηγὸν καὶ 15 τόλμῃ καὶ προνοίᾳ τοῦτον ὁμολογουμένως ἀποδεικνύουσιν ἡμῖν ἀλογιστότατον, ἅμα δὲ καταστροφὴν οὐ δυνάμενοι λαμβάνειν οὐδ' ἔξοδον τοῦ ψεύδους θεοὺς καὶ θεῶν παῖδας εἰς πραγματικὴν ἱστορίαν παρεισάγουσιν. *c. 48, 7* — ἥρω τινά φασιν ἐπιφανέντα συνυποδεῖξαι τὰς ὁδοὺς αὐτοῖς. *Dion.* 20 *Halic. I 6* ἅμα δὲ τούτοις [*Hieronymo et Timaeo*] Ἀντιγόνου τε καὶ Πολυβίου καὶ Σιληνοῦ καὶ μυρίων ἄλλων τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν οὐχ ὁμοίως ἐπιβαλόντων, ὧν ἕκαστος ὀλίγα καὶ οὐδὲ αὐτὰ διεσπουδασμένως [οὐδὲ ἀκριβῶς], ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων συνθεὶς ἀνέγραψεν.) 25

6. *De epitoma Bruti uid. infra sub Bruto.*

FRAGMENTA
EX LIBRO I

1. *Cicer. orat. 69, 229* Sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt, simile faciamus, ne aut uerba traiciamus aperte, quo melius aut cadat aut uoluatur oratio; quod se L. Caelius 30 Antipater in prooemio belli Punici nisi necessario facturum negat. O uirum simplicem, qui nos nihil celet, sapientem,

qui seruiendum necessitati putet! sed hic omnino rudis; nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur. nihil est enim necesse et, si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. et hic quidem, qui hanc a Laelio, ad quem scripsit, cui se purgat, ueniam 5 petit, et utitur ea traiectione uerborum et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias.

2*. *Priscian. VIII p. 383 H.* Coelius: ex scriptis eorum qui ueri arbitrantur.

3. *Priscian. XIII p. 8 H.* Caelius in I: Neque ipsi 10 eos alii modi esse atque Amilcar dixit, ostendere possunt aliter.

4. *Priscian. XIII 8 H.* Caelius in I: Antequam Barcha perierat, alii rei causa in Africam missus.

5*. *Non. s. u. bellosum p. 80* Coelius: Tantum bellum 15 suscitare conari aduersarios contra bellosum genus.

6. *Priscian. X p. 510 H.* Caelius in I: Qui cum is ita foedus icistis.

7. *Non. s. u. poteratur p. 508* Caelius annali lib. I: Cum iure sine periculo bellum geri poteratur. 20

8. *Priscian. VIII p. 399 H.* Caelius in I: Qui intellegunt quae fiant, dissentiuntur.

9. *Non. s. u. dedicare p. 280* Caelius in annalium libro primo: Legati quo missi sunt ueniunt, dedicant mandata.

10. *Charis. I p. 143 K.* 'Saguntinorum' Coelius, Sagun- 25 tium Sallustius, ut Paulus in Coelii historia libro I notat.

218/536 11*. *Cicer. de diuin. I 24, 49* Hoc item in Sileni, quem Coelius sequitur, Graeca historia est (is autem diligentissume res Hannibalis persecutus est): Hannibalem, cum cepisset Saguntum, uisum esse in somnis a Ioue in deorum con- 30 cilium uocari. quo cum uenisset, Iouem imperauisse, ut Italiae bellum inferret, ducemque ei unum e concilio datum, quo illum utentem cum exercitu progredi coepisse. tum ei ducem illum praecepisse, ne respiceret, illum autem id diutius facere non potuisse elatumque cupiditate re- 35 spexisse: tum uisam beluam uastam et immanem, circumplicatam serpentibus, quacumque incederet, omnia arbusta,

uirgulta, tecta peruertere. et eum admiratum quaesisse de deo, quodnam illud esset tale monstrum, et deum respondisse, uastitatem esse Italiae, praecepisseque ut pergeret protinus, quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret.

12. *Charis. II p. 203 K.* Coelius historiarum I: Sempronius Lilybaeo celocem in Africam mittit, uisere locum, ubi exercitum exponat. 218/536

13*. *Plin. n. h. III 132* Alpis in longitudinem deciens centena milia passuum patere a supero mari ad inferum Caelius tradit. 10

14*. *Liu. XXI 38, 7* Taurini Galliae proxuma gens erat in Italiam degresso. id cum inter omnes constet, eo magis miror ambigi, quanam Alpis transierit, et uulgo credere Poenino (atque inde nomen ei iugo Alpium inditum) transgressum [*Hannibalem*], Coelium per Cremonis iugum dicere transisse. 218/536

15. *Charis. II p. 203 K.* Coelius historiarum I: Duodeciens c milia passuum longe. (*cf. Polyb. III 39.*)

16. *Macrob. excerpt. Bob. V p. 651 K.* Coelius in primo: 'Illis facilius est bellum tractare', hoc est diu trahere. 20

17*. *Liu. XXI 46, 10* Seruati consulis [*P. Scipionis in proelio Ticinensi*] decus Coelius ad seruum natione Ligurem delegat: malim equidem de filio uerum esse, quod et plures tradidere auctores et fama optinuit. 218/536

18*. *Liu. XXI 47, 4* Coelius auctor est Magonem [*post proelium Ticinense*] cum equitatu et Hispanis peditibus flumen extemplo transnasse; ipsum Hannibalem per superiora Padi uada exercitum traduxisse elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis. 218/536

19*. *Cic. d. deor. nat. II 3, 8* C. Flaminium Coelius religione neglecta cecidisse apud Trasumenum scribit cum magno rei publicae uulnere. 217/537

20*. *Cicer. de diu. I 35, 77* Quid? bello Punico secundo nonne C. Flaminius consul iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publicae? qui exercitu lustrato cum Arretium uersus castra mouisset et contra Hannibalem legiones duceret, et ipse et equus eius ante 217/537 35

signum Iouis Statoris sine causa repente concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis uidebatur, ne committeret proelium. Idem cum tripudio auspicaretur, pullarius diem proelii committendi differebat. tum Flaminius ex eo quaesiuit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid 5 faciendum censeret. cum ille quiescendum respondisset, Flaminius: 'Praeclara uero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur'. Itaque signa conuelli et se sequi iussit. quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset mouere loco, nec quicquam pro- 10 ficeretur, plures cum accederent, Flaminius re nuntiata suo more neglexit. itaque tribus iis horis concisus exercitus atque ipse interfectus est. Magnum illud etiam quod addidit Coelius, eo tempore ipso, cum hoc calamitosum proelium fieret, tantos terrae motus in Liguribus, Gallia 15 compluribusque insulis totaque in Italia factos esse, ut multa oppida conruerint, multis locis labes factae sint, terraeque desederint fluminaque in contrarias partes fluxerint atque in amnes mare influxerit.

217/537 **21*.** *Liu. XXII 31, 8* Omnium prope annales Fabium 20 dictatorem aduersus Hannibalem rem gessisse tradunt, Coelius etiam eum primum a populo creatum dictatorem scribit. (*cf. c. 8, 5 sqq.*)

22. *Priscian. III p. 98 H.* Caelius in primo historiarum: Dextimos in dextris scuta iubet habere. (*cf. Liu.* 25 *XXII 50, 11.*)

23. *Non. s. u. singulatim p. 176* Coelius annali lib. I: Primum malo publico gratias singulatim nomina.

24. *Charis. II p. 217 K.* Coelius historiarum I: 'Commodum est, satis uidetur'. Nec enim pro sufficienti, in- 30 quit Paulus, accipi debet, sed pro pari et aequo.

EX LIBRO II

216/538 **25.** *Gell. X 24, 6* Suppetit etiam Coelianum illud ex libro historiarum secundo: Si uis mihi equitatum dare et ipse cum cetero exercitu me sequi, diequinti Romae in Capitolium curabo tibi cena sit cocta. Et historiam autem 35

et uerbum hoc sumpsit Coelius ex origine M. Catonis. [*fr. 86. ex Gellio Macrob. I 6, 26.*]

26*. *Prisc. VI p. 198 H.* Caelius: Nullae nationi tot, tantas, tam continuas uictorias tam breui spatio datas arbitror quam uobis. (*cf. Liu. XXIII 11, 8.*) 5

27*. *Charis. I p. 54 K.* Nucerum enim Coelius dixit.

28*. *Liu. XXVI 11, 8* Inde [*a Tutia flumine Hannibal*] $\frac{211}{543}$ ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclutum diuitiis. Capenates aliique, *qui* accolae eius erant, primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes multo 10 auro argentoque id exornatum habebant. iis omnibus donis tum spoliatum templum. aeris acervi, cum rudera milites religione inducti iacerent, post profectionem Hannibalis magni inventi. huius populatio templi haud dubia inter scriptores est. Coelius Romam euntem ab Ereto devertisse 15 eo Hannibalem tradit, iterque eius ab Reate Cutiliisque et ab Amiterno orditur: ex Campania in Samnium, inde in Paelignos peruenisse, praeterque oppidum Sulmonem in Marrucinos transisse, inde Albensi agro in Marsos, hinc Amiternum Forulosque uicum uenisse. 20

EX LIBRO III

29*. *Liu. XXVII 27, 11* Mors Marcelli cum alioqui $\frac{208}{546}$ miserabilis fuit, tum quod nec pro aetate (iam enim maior sexaginta annis erat) neque pro ueteris prudentia ducis tam inprovide se conlegamque et prope totam rem p. in praeceps dederat. Multos circa unam rem ambitus fecerim, 25 si, quae de Marcelli morte uariant auctores, omnia exequi uelim. ut omittam alios, Coelius triplicem gestae rei ordinem edit: unam traditam fama, alteram scriptam laudatione filii, qui rei gestae interfuerit, tertiam, quam ipse pro inquisita ac sibi comperta adfert. ceterum ita fama uariat, ut tamen 30 plerique loci speculandi causa castris egressum, omnes insidiis circumuentum tradant.

30. *Non. s. u. dubitatim p. 98* Caelius annali libro III: Imperator conclamat de medio, ut uelites in sinistro cornu remoueantur, Gallis non dubitatim inmittantur. 35

31. *Seru. ad Verg. georg. I 77* Coelius libro tertio seri auenam ostendit.

EX LIBRO IIII

32. *Priscian. VIIII p. 484 H.* Caelius in IIII: Custodibus discessis multi interficiuntur.

EX LIBRO V

205/549 **33*.** *Liu. XXVIII 46, 14* Eisdem diebus naues onerariae Poenorum ad octoginta circa Sardiniam ab Cn. Octauio, qui prouinciae praeerat, captae. eas Coelius frumento misso ad Hannibalem commeatuque onustas, Valerius [*fr. 26*] praedam Etruscam Ligurumque Montanorum captiuos Carthaginem portantis captas tradit. 5 10

34*. *Cic. de diuin. I 24, 48* Hannibalem Coelius scribit, cum columnam auream, quae esset in fano Iunonis Laciniae, auferre uellet dubitaretque, utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata, perterebrauisse, cumque solidam inuenisset, statuisse tollere; ei secundum quietem uisam esse Iunonem praedicere, ne id faceret, minarique, si fecisset, se curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene uideret, amitteret, idque ab homine acuto non esse neglectum. itaque ex eo auro, quod exterebratum esset, buculam curasse faciendam et eam in summa columna conlocauisse. 15 20

35. *Schol. Leidensia ad Verg. georg. II 197* Saturi] locus *iuxta* Tarentum, quem Caelius in V libro historiarum dicit nomen accepisse a Satura puella, quam Neptunus compressit. = *Schol. Bern. ad georg. II 197* Saturi] *Saturum* Caelius in libro quinto historiarum dicit nomen accepisse a Satura puella, quam Neptunus compressit. 25

36. *Priscian. VIII p. 432 H.* Caelius in V: Morbosum factum, ut ea quae oportuerint facta non sint.

37. *Priscian. VI p. 226* [= *266. VII 303. XIII 8*] *H.* Caelius in V: Nullius alius rei nisi amicitiae eorum causa. 30

38. *Non. s. u. finis fem. p. 205* Caelius annali libro V: Ad aliquam huic bello finem facere.

EX LIBRO VI

39. *Liu. XXVIIII 25, 1* Quantum militum in Africam [*a P. Scipione*] transportatum sit, non paruo numero inter auctores discrepat. — Coelius ut abstinet numero, ita ad inmensum multitudinis speciem auget: uolucres ad terram delapsas clamore militum ait, tantamque multitudinem conscendisse naues, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui uideretur.

40*. *Liu. XXVIIII 27, 14* Prosperam nauigationem [*Scipionis in Africam*] sine terrore ac tumultu fuisse permultis Graecis Latinisque auctoribus credidi. Coelius unus, praeterquam quod non mersas fluctibus naves, ceteros omnis caelestis maritimosque terrores, postremo abreptam tempestate ab Africa classem ad insulam Aegimurum, inde aegre correctum cursum exponit, et prope obrutis nauibus iniussu imperatoris scaphis, haud secus quam naufragos, milites sine armis cum ingenti tumultu in terram euasisse.

41. *Non. s. u. metari p. 137* Coelius annal. libro VI: Omnes simul terram cum classi accedunt, nauibus atque scaphis egrediuntur, castra metati signa statuunt.

42*. *Liu. XXVIIII 35, 2* Duos eodem nomine [*Hannonis*] Carthaginiensium duces duobus equestribus proeliis [*ad Salaecam urbem*] interfectos, non omnes auctores sunt, ueriti, credo, ne falleret bis relata eadem res. Caelius quidem et Valerius [*fr. 27*] captum Hannonem tradunt.

43. *Non. s. u. paucies p. 157* Caelius annali lib. VI: Consulto non paucies arcessitum.

EX LIBRO VII

44. *Non. s. u. congenuclare p. 89* Coelius annali lib. VII: Ipse regis eminus equo ferit pectus aduorsum, congenuclat percussus, deiecit dominum. (*Syphacem, a. 203. 551, cf. Sil. Ital. XVII 134 sqq.*)

45. *Non. s. u. soluerit p. 508* Coelius annali lib. VII: Duos et septuaginta lictoris domum deportauisse fascis, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri. (*cf. Liu. XXX 28, 1 sqq.*)

46. *Non. s. u. exfundare p. 108* Coelius Antipater lib. VII: Res p. amisso exfundato pulcherrimo oppido.

47. *Fest. s. u. topper p. 352 M.* Sic Coelius l. VII: Ita uti, sese quisque uobis studeat aemulari in statu fortunae rei p., eadem re gesta, topper nihilo minore negotio acto 5 gratia minor esset.

48. *Philargyr. ad Verg. Georg. II 345* Coelius in VII: Consuetudine uxoris, indulgitate liberum.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

490/264 **49.** *Cicer. de diuin. I 26, 55* Omnes hoc historici, Fabii [*fr. 15*], Gellii [*fr. 21*], sed proxime Coelius: Cum 10 bello Latino ludi uotiui maxumi primum fierent, ciuitas ad arma repente est excitata. itaque ludis intermissis instauratiui constituti sunt. qui ante quam fierent, cumque iam populus consedisset, seruus per circum, cum uirgis caederetur, furcam ferens ductus est. exin cuidam rustico 15 Romano dormienti uisus est uenire qui diceret, praesulem sibi non placuisse ludis, idque ab eodem iussum esse eum senatui nuntiare: illum non ausum. iterum esse idem iussum et monitum, ne uim suam experiri uellet: ne tum quidem esse ausum. exin filium eius esse mortuum, eandem in 20 somnis admonitionem fuisse tertiam. tum illum etiam debilem factum rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lecticula in curiam esse delatum, cumque senatui somnium enarrauisset, pedibus suis saluum reuertisse. itaque somnio comprobato a senatu ludos illos iterum instauratos memoriae 25 proditum est.

50. *Cicer. de diuin. I 26, 56* Gaius uero Gracchus multis dixit, ut scriptum apud eundem Coelium est, sibi in somnis quaesturam pet*ere nole*nti Tiberium fratrem uisum esse dicere, quam uellet cunctaretur, tamen eodem sibi 30 leto, quo ipse interisset, esse pereundum. hoc, ante quam tribunus plebi C. Gracchus factus esset, et se audisse scribit Coelius eum dixisse multis. (*ex Cicerone Val. Max. I 7, 6.*)

51. *Plin. n. h. XXXI 21* Coelius apud nos [*tradit*] in Auerno etiam folia subsidere. 35

52. *Seru. Aen. X 145* Coeliusque Troianum Capyn condidisse Capuam tradidit eumque Aeneae fuisse sobrinum.

53. *Seru. ad Aen. III 402* Hic illa ducis Meliboei parua Philoctetae subnixa Petelia muro] Nam, ait Cato [*fr. 70*], a Philocteta condita iam pridem ciuitate murum 5 tantum factum. alii 'subnixam' ideo accipiunt, quia inposita est excelso muro, ut Coelius historicus ait.

54. *Seru. ad Aen. VI 9* Coelius enim de Cumano Apolline ait: Est in fano signum Apollinis ligneum, altum non minus pedes XV. 10

55. *Seru. ad Aen. IIII 206* Coelius: Maurusii qui iuxta Oceanum colunt.

56. *Plin. n. h. II 169* Praeterea Nepos Cornelius auctor est, Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gadis usque peruectum, 15 multoque ante eum Caelius Antipater uidisse se, qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam conmerci gratia. (*ex Plinio Mart. Cap. VI 621.*)

57. *Non. s. u. pedetemtim p. 29* Caelius annali: ipse cum cetera copia pedetemtim sequitur. 20

58. *Seru. ad Aen. IIII 390* Caelius historiarum: Delinquere frumentum, Sardiniam hostes tenere.

59. *Gell. X 1, 3* 'Tertio' et 'quarto consul' non 'tertium quartum'que, idque in principio libri Coelium scribsisse.

60. *Charis. II p. 220 K.* 'Subinde' Nepos de inlustribus 25 uiris II, sed et Brutus et Coelius frequenter eo usi sunt.

61. *De dub. nom. V p. 590 K.* Salientes aquarum generis masculini, ut Caelius 'Perpetuum salientem'.

62. *Priscian. VIII p. 386 H.* Lucius Caelius: Vbi senatus intellexit populum depeculari. 30

63. *Schol. Veron. ad Verg. Aen. V 251 p. 95 K.* Lucretius in II 'Iam tibi barbaricae uestes Meliboeaque fulgens purpura'. Coelius: Mean ... factum meandro duplici ... lana est qualis a Melibea ... ut uelum ... sic alius eum errantem, alius ludentem dicit et q. s. 35

64. *Fest. s. u. ocius p. 181 M. Coe*]lius historiarum [*libro* .... *conci*] tantur ocissime ......

65. *Flau. Cap. de orthogr. p. 100 K.* Calua κρανίον uocatur, licet Caelius et Varro caluariam dicant.

<PAVLVS> CLODIVS

TESTIMONIVM

1. *Cic. d. leg. I 2, 6* Ecce autem successere huic [*Coelio* 5 *Antipatro*] † belli, Clodius, Asellio, nihil ad Coelium, sed potius ad antiquorum languorem et inscitiam.

FRAGMENTA

890/364 **1.** *Plut. Num. 1* *Κλώδιός τις ἐν ἐλέγχῳ χρόνων (οὕτω γάρ πως ἐπιγέγραπται τὸ βιβλίον) ἰσχυρίζεται, τὰς μὲν ἀρχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσι τῆς πόλεως* 10 *ἠφανίσθαι, τὰς δὲ νῦν φαινομένας οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι δι᾽ ἀνδρῶν χαριζομένων τισὶν εἰς τὰ πρῶτα γένη καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους οἴκους ἐξ οὐ προσηκόντων εἰσβιαζομένοις.*

107/647 **2.** *App. Gall. I 3* *Καῖσαρ δὲ πολεμήσας αὐτοῖς πρῶτον μὲν Ἑλουητίους καὶ Τιγυρίους ἀμφὶ τὰς εἴκοσι μυριάδας* 15 *ὄντας ἐνίκησεν. οἱ Τιγύριοι δ᾽ αὐτῶν χρόνῳ ἔμπροσθεν Πίσωνος καὶ Κασσίου τινὰ στρατὸν ἑλόντες ὑπὸ ζυγὸν ἐξεπεπόμφεσαν, ὡς ἐν χρονικαῖς συντάξεσι δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδίῳ.*

SEMPRONIVS ASELLIO

TESTIMONIA

1. *Gell. II 13, 3* Is Asellio sub P. Scipione Africano tribunus 20 militum ad Numantiam fuit [*a. 134. 620 et 133. 621*] resque eas, quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. Eius uerba et q. s. (*fr. 6.*)

2. = *Clod. test. 1. uid. infra fr. 1. 2.*

FRAGMENTA RERVM GESTARVM LIBRORVM

EX LIBRO I

templo silentio facto cum uoce maxima conclamat, si quis secum depugnare uellet, uti prodiret. nemo audebat propter magnitudinem atque inmanitatem facies. deinde Gallus inridere coepit atque linguam exertare. Id subito perdolitum est cuidam Tito Manlio, summo genere gnato, tantum flagi- 5 tium ciuitati adcidere, e tanto exercitu neminem prodire. is, ut dico, processit neque passus est uirtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari. scuto pedestri et gladio Hispanico cinctus contra Gallum constitit. Metu magno ea congressio in ipso ponti utroque exercitu inspectante facta 10 est. ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua disciplina scuto proiecto cunctabundus, Manlius, animo magis quam arte confisus, scuto scutum percussit atque statum Galli conturbauit. dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scuto scutum percutit atque 15 de loco hominem iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium successit, ne Gallus impetum in ictu haberet, atque Hispanico pectus hausit, deinde continuo humerum dextrum eodem congressu incidit neque recessit usquam, donec subuertit. Vbi eum euertit, caput praecidit, torquem detraxit 20 eamque sanguinulentam sibi in collum imponit. Quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt cognominati. (*ex Gellio u. 20—21* 'Vbi eum euertit — imponit' *Non. p. 228.*)

11*. *Nonius s. u. spolior p. 480* Quadrigarius annali: 25 Ita per sexennium uagati Apuliam atque agrum Campanum, quod his per militem licebat, expoliabantur. (*Galli a. 361. 393?*)

349/405 **12**.** *Gell. n. Att. VIIII 11* De Maximo Valerio, qui Coruinus appellatus est ob auxilium propugnationemque 30 corui alitis, haut quisquam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit. Ea res prorsus miranda sic profecto est in libris annalibus memorata:

Adulescens tali genere editus, L. Furio Claudio Appio consulibus fit tribunus militaris. atque in eo tempore 35 copiae Gallorum ingentes agrum Pomptinum insederant, instruebanturque acies a consulibus de ui ac multitudine

hostium satis agentibus. Dux interea Gallorum, uasta et ardua proceritate armisque auro praefulgentibus, grandia ingrediens et manu telum reciprocans incedebat perque contemptum et superbiam circumspiciens despiciensque omnia uenire iubet et congredi, si quis pugnare secum ex 5 omni Romano exercitu auderet. tum Valerius tribunus, ceteris inter metum pudoremque ambiguis, impetrato prius a consulibus, ut in Gallum, tam inaniter adrogantem, pugnare sese permitterent, progreditur intrepide modesteque obuiam; et congrediuntur et consistunt et consere- 10 bantur iam manus. atque ibi uis quaedam diuina fit: coruus repente inprouisus aduolat et super galeam tribuni insistit atque inde in aduersarii os atque oculos pugnare incipit; insilibat, obturbabat et unguibus manum laniabat et prospectum alis arcebat atque, ubi satis saeuierat, reuolabat 15 in galeam tribuni. Sic tribunus spectante utroque exercitu et sua uirtute nixus et opera alitis propugnatus ducem hostium ferocissimum uicit interfecitque atque ob hanc causam cognomen habuit Coruinus. Id factum est annis quadringentis quinque post Romam conditam. 20

13. *Gell. XVII 2, 4 et Non. s. u. subnixum p. 405* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Ea, inquit, dum fiunt, Latini subnixo animo ex uictoria inerti consilium ineunt. 330

14*. *Liu. VIII 19, 13* Conlaudatis Fundanis consul 424 [*L. Plautius Venox*] litterisque Romam missis, in officio 25 Fundanos esse, ad Priuernum flexit iter. prius animaduersum in eos, qui capita coniurationis [*Vitruuii Vacci Fundani*] fuerant, a consule scribit Claudius; ad trecentos quinquaginta ex coniuratis uinctos Romam missos, eamque deditionem ab senatu non acceptam, quod egentium atque 30 humilium poena defungi uelle Fundanum censuerint.

15. *Gell. VI 11, 7* Consimiliter Q. quoque Claudius 326/428 in primo annalium 'nequitiam' appellauit luxum uitae prodigum effusumque in hisce uerbis: Persuadent cuidam adulescenti Lucano, qui adprime summo genere gnatus erat, 35 sed luxuria et nequitia pecuniam magnam consumpserat. (*cf. Liu. VIII 27, 1 sqq.*)

$\frac{326}{428}$ **16.** *Gell. II 19, 7* Claudius Quadrigarius in primo annali: Ea Lucani ubi resciuerunt, sibi per fallacias uerba data esse. (*cf. Liu. VIII 27, 11.*)

17. *Gell. XVII 2, 18* Verba ex Q. Claudi primo annali: — sese, inquit, ne id quoque, quod tum suaderet, 5 facturum esse.

$\frac{321}{433}$ **18.** *Liu. VIIII 5, 1* Consules [*T. Veturius Caluinus Sp. Postumius Albinus*] profecti ad Pontium in conloquium, cum de foedere uictor agitaret, negarunt iniussu populi foedus fieri posse, nec sine fetialibus caerimoniaque alia 10 sollemni. itaque non, ut uulgo credunt Claudiusque etiam scribit, foedere pax Caudina, sed per sponsionem facta est. quid enim aut sponsoribus in foedere opus esset aut obsidibus, ubi precatione res transigitur, per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Iuppiter 15 feriat, quem ad modum a fetialibus porcus feriatur. spoponderunt consules, legati, quaestores, tribuni militum, nominaque omnium qui spoponderunt extant, ubi, si ex foedere acta res esset, praeterquam duorum fetialium non extarent. et propter necessariam foederis dilationem obsides 20 etiam sescenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur.

$\frac{320}{434}$ **19.** *Gell. II 19, 8* Item Quadrigarius in eodem [*i. e. primo*] libro —: Id ubi rescierunt propinqui obsidum, quos Pontio traditos supra demonstrauimus, eorum parentes cum 25 propinquis capillo passo in uiam prouolarunt.

$\frac{320}{434}$ **20.** *Gell. XVII 2, 21* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Cum tantus inquit, arrabo penes Samnites populi Romani esset. 'Arrabonem' dixit sescentos obsides.

$\left(\frac{320}{434}\right)$ **21.** *Gell. I 25, 6* Aut rursus quid esse id dicemus, 30 quod in primo annalium Quadrigarii scriptum est, C. Pontium Samnitem a dictatore Romano sex horarum indutias postulasse, si indutiae 'paucorum' tantum 'dierum' appellandae sunt?

22. *Gell. XVII 2, 3* Verba ex Q. Claudi primo an- 35 nali: — Arma, inquit, plerique abiciunt atque inermi inlatebrant sese. (*Ex Gellio Non. p. 129. uid. Liu. IX 31, 14 sqq.*)

INCERTAE SEDIS **23.** *Gell. XVII 2, 5* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Domus, inquit, suas quemque ire iubet et sua omnia frunisci. (*Ex Gellio Non. p. 113.*)

24. *Gell. XVII 2, 9* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Et Romani, inquit, multis armis et magno com- 5 meatu praedaque ingenti copiantur. (*Ex Gellio Non. p. 87.*)

25. *Gell. XVII 2, 11* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Nos, inquit, in medium relinquemus.

26. *Gell. XVII 2, 15* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Nihil sibi, inquit, diuitias opus esse. 10

27. *Gell. XVII 2, 22* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Miserrimas, inquit, uitas exegerunt.

28. *Gell. XVII 2, 23* Verba ex Q. Claudi primo annali: — Hic annus in otiis, inquit, consumptus est.

29. *Gell. XVII 2, 25* Verba ex Q. Claudi primo an- 15 nali: — Conualles, inquit, et arboreta magna erant.

30. *Gell. VIIII 14, 3* Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem [*primo*] Claudii libro scriptum utrumque 'facies' et 'facii'.

31. *Seru. ad Verg. Aen. I 108* Haec autem saxa inter 20 Africam, Siciliam et Sardiniam et Italiam sunt, quae saxa ob hoc Itali aras uocant, quod ibi Afri et Romani foedus inierunt. — quidam insulam fuisse hunc locum tradunt, quae subito pessum ierit, cuius reliquias saxa haec exstare, in quibus aiunt Poenorum sacerdotes rem diuinam 25 facere solitos. has aras alii Neptunias uocant, sicut Claudius Quadrigarius I annalium: Apud aras, quae uocabantur Neptuniae.

32. *Nonius s. u. reticulum p. 222* Claudius primo: Prius hisce † auctoribus inde reticula galearia. 30

33. *Nonius s. u. possetur p. 508* Quadrigarius annalium lib. I: Cum non possetur decerni, utrius putaretur uictoria esse.

EX LIBRO II

34*. *Liu. X 37, 13* Et huius anni parum constans $\frac{294}{460}$ memoria est: Postumium auctor est Claudius in Samnio 35

captis aliquot urbibus in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam conpulsum; ab Atilio in Etruria res gestas eumque triumphasse.

35. *Nonius s. u. properatim p. 154* Quadrigarius annali libro II: Eo consules propere exercitum redducunt. 5

36. *Nonius s. u. offendere p. 359* Quadrigarius annali lib. II: Inde postquam aliquantum recessit, offendit montem, loca inuenit ea res omnes habere, quae militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum.

37. *Nonius s. u. ignauiter p. 513* Quadrigarius annali lib. II: Et qui ibi erant, non ignauiter potando eum diem pro meliore habuerunt. 10

38. *Nonius s. u. desubito p. 517* Quadrigarius annali lib. II: His desubito utrisque nuntiatur ipsorum copias adesse. 15

39. *Priscian. VIII p. 393 H.* Quintus Claudius in II annalium: Conprehensare suos quisque, sauiare, amplexare.

EX LIBRO III

278/476 **40.** *Gell. III 8* Cum Pyrrus rex in terra Italia esset et unam atque alteram pugnas prospere pugnasset satisque agerent Romani et pleraque Italia ad regem desciuisset, 20 tum Ambraciensis quispiam Timochares, regis Pyrri amicus, ad C. Fabricium consulem furtim uenit ac praemium petiuit et, si de praemio conueniret, promisit regem uenenis necare; idque facile esse factu dixit, quoniam filius suus pocula in conuiuio regi ministraret. Eam rem Fabricius 25 ad senatum scripsit. senatus ad regem legatos misit mandauitque, ut de Timochare nihil proderent sed monerent, uti rex circumspectius ageret atque a proximorum insidiis salutem tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valeri Antiatis historia scriptum est. Quadrigarius autem in libro tertio 30 non Timocharem sed Niciam adisse ad consulem scripsit, neque legatos a senatu missos sed a consulibus, et *Pyrrum* populo Romano laudes atque gratias scripsisse captiuosque omnes, quos tum habuit, uestiuisse et reddidisse.

41. Consules tum fuerunt C. Fabricius et Q. Aemilius. Literas, quas ad regem Pyrrum super ea causa miserunt, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo:

'Consules Romani salutem dicunt Pyrro regi.

Nos pro tuis iniuriis continuis animo tenus commoti 5 inimiciter tecum bellare studemus. sed communis exempli et fidei ergo uisum, ut te saluum uelimus, ut esset quem armis uincere possemus. Ad nos uenit Nicias, familiaris tuus, qui sibi praemium a nobis peteret, si te clam interfecisset. id nos negauimus uelle, neue ob eam rem quic- 10 quam commodi expectaret, et simul uisum est, ut te certiorem faceremus, ne quid eius modi, si accidisset, nostro consilio ciuitates putarent factum, et, quod nobis non placet, pretio aut praemio aut dolis pugnare. Tu nisi caues, iacebis'. 15

42. *Gell. III 7, 21* Claudius autem Quadrigarius an- $\frac{258}{496}$ nalis tertio non Caedicio nomen fuisse ait sed Laberio. (*uid. Caton. fr. 83.*)

43. *Gell. I 7, 9* In Claudi quoque Quadrigarii tertio $\frac{258}{496}$ annali uerba haec esse dixit [*amicus Gellii, homo lectione* 20 *multa exercitus*]: Dum i conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum. (*uid. Caton. fr. 83 p. 55 u. 36.*)

44. *Gell. I 16, 1* Quadrigarius in tertio annalium ita scripsit: Ibi occiditur mille hominum. (*Ex Gellio Macrob. I 5, 6.*) 25

45. *Macrob. sat. I 4, 18* Claudius etiam Quadrigarius annali tertio: Senatus autem de nocte conuenire, noctu multa domum dimitti.

46. *Non. s. u. delectare p. 97* Quadrigarius annalium lib. III: Fabius de nocte coepit hostibus castra simulare 30 obpugnare, eum hostem delectare, dum collega id caperet quod captabat.

47. *Non. s. u. potestur p. 508* Quadrigarius annali lib. III: Adeo memorari uix potestur, ut omnes simul suum quisque negotium adorti essent. 35

48. *Non. s. u. praeclariter p. 516* Quadrigarius annali lib. III: Et ita rebus praeclariter gestis Romam reuerterunt.

49. *Priscian. VI p. 232 H.* Claudius in III historiarum: Vt uiderent † ne respueret uerminaret litteris addiualis, quod uerminatum ne ad cancer peruenerit.

EX LIBRO IIII

50. *Non. s. u. alternatim p. 76* Quadrigarius annalibus lib. IIII: Item gaudium atque aegritudinem alternatim sequi. 5

51. *Non. s. u. urgere p. 418* Quadrigarius annali lib. IIII: Sed circiter horas duas graui proelio urserunt; deinde in fugam sunt coniecti.

52. *Seru. ad. Verg. georg. I 135* Quadrigarius quarto: 10 Inter uenas saxi.

EX LIBRO V

216/538 **53.** *Gell. V 17, 5* Nihil nos super ea re [*ante diem quoque quartum kalendas uel nonas uel idus tamquam inominalem diem a plerisque uitari*] scriptum inuenimus, nisi quod Q. Claudius annalium quinto cladem illam pugnae 15 Cannensis uastissimam factam dicit ante diem quartum nonas Sextiles. (*Ex Gellio Macrob. I 16, 26.*)

212/542 **53a*.** *Liu. XXV 39, 12* Ad triginta septem milia hostium caesa auctor est Claudius, qui annales Acilianos ex Graeco in Latinum sermonem uertit, captos ad mille 20 octingentos triginta, praedam ingentem partam. et q. s. = *Acil. fr. 4 p. 36.*

54. *Non. s. u. cohortarent p. 472* Quadrigarius annalium lib. V: Et dicerent castra facta esse atque hos cohortarent, uti maturarent. 25

55. *Non. s. u. recordauit p. 475* Quadrigarius annali lib. V: Is ubi Dacium cognouit et patria eum recordauit.

EX LIBRO VI

56. *Prisc. X p. 541 H.* Quadrigarius in VI annali: Artorius Taureae dextrum umerum sauciat atque ita resiluit.

213/541 **57.** *Gell. II 2, 13* Posuimus igitur uerba ipsa Qua- 30 drigarii ex annali eius sexto transcripta: Deinde facti consules Sempronius Gracchus iterum, Q. Fabius Maximus,

filius eius, qui priore anno erat consul. Ei consuli pater proconsul obuiam in equo uehens uenit neque descendere uoluit, quod pater erat, et, quod inter eos sciebant maxima concordia conuenire, lictores non ausi sunt descendere iubere. ubi iuxta uenit, tum consul ait: 'Quid postea'? 5 lictor ille, qui apparebat, cito intellexit, Maximum proconsulem descendere iussit. Fabius inperio paret et filium conlaudauit, cum inperium, quod populi esset, retineret.

58. *Gell. XVII 13, 6* Item in sexto annali eiusdem [*Quadrigarii*] uerba haec sunt: Paene factum est, quin 10 castra relinquerent atque cederent hosti.

59. *Non. s. u. censere p. 267* Quadrigarius annali lib. VI: Ne nos ad certationem censeas haec incepisse.

60. *Non. s. u. aliquantisper p. 511* Quadrigarius annali lib. VI: Aliquantisper pugnato nihil promouet Poenus. 15

EX LIBRO VII

61. *Nonius s. u. habentia p. 119* Libro septimo Claudius: Animos eorum habentia inflarat.

197/557

62*. *Liu. XXXIII 10, 7* Caesa eo die [*pugna ad Cynoscephalas*] octo hostium milia, quinque capta. ex uictoribus septingenti ferme ceciderunt. — — Claudius quoque 20 duo et triginta milia hostium caesa scribit, capta quattuor milia et trecentos. (*Ex Liuio Oros. IV 20, 6. cf. Valer. fr. 32.*)

196/558

63*. *Liu. XXXIII 30, 1* Paucos post dies decem legati ab Roma uenerunt, quorum ex consilio pax data Philippo 25 in has leges est, — ne plus quinque milia armatorum haberet neue elephantum ullum, bellum extra Macedoniae fines ne iniussu senatus gereret. — Valerius Antias [*fr. 33*] quaternum milium pondo argenti uectigal in decem annos inpositum regi tradit; Claudius in annos XXX quaterna 30 milia pondo et ducena, *in* praesens XX milia pondo. idem nominatim adiectum scribit, ne cum Eumene Attali filio (nouus is tum rex erat) bellum gereret. in haec obsides accepti, inter quos Demetrius Philippi filius.

196/558 **64*.** *Liu. XXXIII 36, 13* In eo proelio [*quod Marcellus ad Comum contra Insubres et Comenses commisit*] supra XL milia hominum caesa Valerius Antias scribit [*fr. 34*], octingenta septem signa militaria capta et carpenta DCCXXXII et aureos torques multos, ex quibus unum 5 magni ponderis Claudius in Capitolio Ioui donum in aede positum scribit.

193/561 **64**.** *Liu. XXXV 14, 5* Claudius secutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit et q. s. = *Acil. fr. 5 p. 36.* 10

190/564 **65*.** *Liu. XXXVIII 41, 11* Mitiores Thraecas idem exercitus [*Cn. Manli*], cum a Scipione eadem uia duceretur, habuerat, nullam ob aliam causam quam quod praedae minus, quod peteretur, fuerat. quamquam tunc quoque Claudius auctor est ad quindecim milia Thraecum praece- 15 denti ad exploranda loca agmen Muttini Numidae occurrisse. quadringentos equites fuisse Numidas, paucos elephantos; Muttinis filium per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse; eundem mox, cum iam Muttines in medio elephantis locatis, in cornua equi- 20 tibus dispositis manum cum hoste conseruisset, terrorem ab tergo praebuisse, atque inde turbatos equestri uelut procella hostis ad peditum agmen non accessisse.

189/565 **66*.** *Liu. XXXVIII 23, 6* Numerus interfectorum [*Gallorum in Olympo monte a Cn. Manlio consule*] haud 25 facile iniri potuit, quia late per omnis amfractus montium fugaque et caedes fuit, et magna pars rupibus inuiis in profundae altitudinis conualles delapsa est, pars in siluis uepribusque occisa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte scribit, ad quadraginta milia hominum auctor est 30 caesa, Valerius Antias [*fr. 44*], qui magis inmodicus in numero augendo esse solet, non plus decem milia. numerus captiuorum haud dubie milia quadraginta expleuit, quia omnis generis aetatisque turbam secum traxerant demigrantium magis quam in bellum euntium modo. 35

169/585 **67*.** *Liu. XXXXIIII 14, 8* Rhodi superbe commemoratis *meritis suis* erga populum Romanum et paene

uictoriae, utique de Antiocho rege, maiore parte ad se uindicata adiecerunt, cum pax inter Macedonas Romanosque esset, sibi amicitiam cum rege Perseo coeptam; eam se inuitos, nullo eius in se merito, quoniam ita Romanis uisum sit in societatem se belli trahere, interrupisse. ter- 5 tium se annum multa eius incommoda belli sentire. mari interim interclusa. inopia insulam † inopem miss . . . . . . ritimisiuu. r colendi itaque commeatibus. cum id ultra pati non possent, legatos alios ad Persea in Macedoniam misisse, qui ei denuntiarent, Rhodis placere pacem eum conponere 10 cum Romanis; se Romam eadem nuntiatum missos. per quos stetisset, quo minus belli finis fieret, aduersus eos quid sibi faciendum esset, Rhodios consideraturos esse. *ne* nunc quidem haec sine indignatione legi audiriue posse certum habeo. inde existimari potest, qui habitus animorum 15 audientibus ea patribus fuerit. Claudius nihil responsum auctor est, tantum senatus consultum recitatum, quo Caras et Lycios liberos esse iuberet populus Romanus, litterasque extemplo ad utramque gentem *ut id sciret* indicatum mitti; qua audita re principem legationis, cuius magni- 20 loquentiam uix curia paulo ante ceperat, corruisse.

EX LIBRO VIII

68*. *Oros. V 3, 2* Cum Metellus praetor Achaeos $\frac{146}{608}$ Boeotiosque coniunctos duobus bellis, hoc est primum apud Thermopylas, iterum in Phocide uicisset, quorum priore bello occisa esse XX milia, secundo septem milia caesa Claudius 25 historicus refert, — — igitur post extincta totius Achaiae praesidia, destitutarum euersionem urbium Metello praetore meditante consul Mummius repentinus cum paucis uenit in castra, qui dimisso statim Metello Corinthum sine mora expugnauit. *(cf. Valer. fr. 56.)* 30

69*. *Oros. V 4, 5* Eodem tempore trecenti Lusitani $\frac{146}{608}$ cum mille Romanis in quodam saltu contraxere pugnam, in qua LXX Lusitanos, Romanos autem CCCXX cecidisse Claudius refert, et cum uictores Lusitani sparsi ac securi abirent, unus ex his longe a ceteris segregatus, cum cir- 35

cumfusis equitibus pedes ipse deprehensus unius eorum equo lancea perfosso ipsius equitis ad unum gladii ictum caput desecuisset, ita omnes metu perculit, ut prospectantibus cunctis ipse contemptim atque otiosus abscederet.

70. *Gell. XVII 13, 5* Praeterea animaduertimus Quadrigarium in octauo annalium particula ista [*quin*] usum esse obscurissime. uerba ipsius posuimus: Romam uenit, uix superat, quin triumphus decernatur. 5

71. *Diomed. I p. 383 K.* Claudius octauo historiarum: Flacco ospicatur. 10

72. *Nonius s. u. murmurari p. 478* Quadrigarius annali lib. VIII: In eo loco populus murmurari coepit.

EX LIBRO VIIII

(137/617) **73.** *Priscian. VII p. 347 H.* Claudius — in eodem [*VIIII annali*]: Vbi decreuerunt, commemorant Graccho, foedus prior Pompeianum non esse seruatum. [*Numantinis a Romanis.*] 15

74. *Prisc. VII p. 347 H.* Claudius in VIIII annali: Qui prior bellum, quod cum his gestum erat, meminissent.

75*. *Lactant. in schol. ad Stat. Theb. VIII 1* Claudius: Heri recedens uesperi Numantinis incidit. 20

EX LIBRO XIII

99/655 **76.** *Gell. XIII 29, 1* Verba sunt Claudii Quadrigarii ex annalium eius XIII: Contione dimissa Metellus in Capitolium uenit cum mortalibus multis. inde domum proficiscitur, tota ciuitas eum reduxit.

EX LIBRO XV

77. *Diomed. I p. 383 K.* Claudius annalium quinto decimo: Grundibat grauiter pecus suillum. = *Non. s. u. grundire p. 465.* 25

EX LIBRO XVI

78. *Non. s. u. hinnibunde p. 122* Claudius annalibus libro XVI: Equae hinnibundae inter se spargentes terram calcibus. 30

EX LIBRO XVIII

79. *Gell. I 7, 9* In duodeuicesimo annali eiusdem Quadrigarii principium libri sic scriptum: Si pro tua bonitate et nostra uoluntate tibi ualitudo subpetit, est quod speremus, deos bonis bene facturum.

80. *Senec. de benef. III 23, 2* Claudius Quadrigarius in duodeuicesimo annalium tradit, cum obsideretur Grumentum et iam ad summam desperationem uentum esset, duos seruos ad hostem transfugisse et operae pretium fecisse. deinde urbe capta passim discurrente uictore illos per nota itinera ad domum, in qua seruierant, praecucurrisse et dominam suam ante se egisse. quaerentibus quaenam esset, dominam et quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci professos esse. eductam deinde extra muros summa cura celasse, donec hostilis ira consideret. deinde, ut satiatus miles cito ad Romanos mores rediit, illos quoque ad suos redisse et dominam sibi ipsos dedisse. Manumisit utrumque e uestigio illa nec indignata est ab his se uitam accepisse, in quos uitae necisque potestatem habuisset.

EX LIBRO XVIIII

87/667 uel 86/668

81. *Gell. XV 1, 5* Percontatus ego sum, quid esset illud mirum Quadrigarii. repetit [*Iulianus rhetor*]: In eo igitur libro [*undeuicensimo* § *4*] scriptum inueni, cum obpugnaret L. Sylla in terra Attica Piraeum et contra Archelaus regis Mithridati praefectus ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendendi gratia structam, cum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quod alumine ab Archelao oblita fuisset. Verba Quadrigarii ex eo libro haec sunt: Cum Sylla conatus esset tempore magno, eduxit copias, ut Archelai turrim unam, quam ille interposuit, ligneam incenderet. uenit, accessit, ligna subdidit, submouit Graecos, ignem admouit; satis sunt diu conati, numquam quiuerunt incendere: ita Archelaus omnem materiam obleuerat alumine. quod Sylla atque milites mirabantur, et postquam non succendit, reduxit copias.

87/667 **82.** *Gell. X 1, 3* Quintum Claudium in libro undeuicesimo C. Marium creatum 'septimo' consulem dixisse.

(87/667) **83.** *Gell. XX 6, 11* Quadrigarius in annali undeuicensimo uerba haec posuit: C. Mari, ecquando te nostrum et rei publicae miserebitur? 5

82/672 **84*.** *Oros. V 20, 6* Sullae etiam et Marii adulescentis maximum tunc proelium apud Sacriportum fuit, in quo de exercitu Marii caesa sunt XXV milia, sicut Claudius scribit. (*cf. Sull. fr. 19.*)

85. *Gell. VIIII 1, 1* Quintus Claudius in undeuicesimo annali, cum oppidum a Metello proconsule oppugnari, contra ab oppidanis desuper e muris propugnari describeret, ita scripsit: Sagittarius cum funditore utrimque summo studio spargunt fortissime. sed sagittam atque lapidem deorsum an sursum mittas, hoc interest: nam neutrum potest deorsum uersum recte mitti, sed sursum utrumque optime. quare milites Metelli sauciabantur multo minus et, quod maxime opus erat, a pinnis hostis defendebant facillime funditores. 10 15

86. *Gell. XIII 30, 7* Praeterea memini, Quadrigarium in undeuicensimo faciem pro statura totiusque corporis figura dixisse. 20

EX LIBRO XXI

87. *Gell. X 13, 4* Sed Q. Claudius in uicesimo primo annali insolentius paulo hac figura est ita usus: Enim cum partim copiis hominum adulescentium placentium sibi. 25

88. *Nonius s. u. auariter p. 510* Quadrigarius annali lib. XXI: Crudeliter ille, nos misericorditer; auariter ille, nos largiter.

EX LIBRO XXIII

89. *Gell. X 13, 4* Itemque Claudi in uicesimo tertio annali uerba haec sunt: Sed idcirco me fecisse, quod utrum neglegentia partim magistratum an auaritia an calamitate populi Romani euenisse dicam, nescio. 30

INCERTAE SEDIS

90. *Gell. V 21, 6* Velim doceas nos, cur 'pluria' siue

'compluria', nihil enim differt, non Latine sed barbare dixerint M. Cato, Q. Claudius, Valerius Antias, L. Aelius, P. Nigidius, M. Varro.

91. *Seru. ad Verg. georg. I 103* Sane Rubellius Blandus et Quadrigarius historici dicunt, Gargarum flumen 5 uocari in finibus Thurinis. ad illud fuisse oppidum mediocre, quod Garga nunc uicus est, quem Troes obscuri centum quinquaginta ignoto et incerto duce insederunt, scilicet nomine a uertice Idaeo translato, a quo ciuitas etiam in finibus Troicis Gargara appellatur. 10

92. *Non. s. u. pedetemtim p. 29* Quadrigarius annalibus: Exercitu instructo pedetemtim milites ducere coepit.

93. *Non. s. u. congermanescère p. 90* Quadrigarius annalium: Facite exempla eorum, ut uos cum illis congermanescere sciatur. 15

94. *Non. s. u. lutum p. 212* Claudius annalium: Pluuia, imbri lutus erat multus.

95. *Non. s. u. populat p. 471* Quadrigarius: Agrum Nolanum populare coeperunt.

96. *Priscian. VIIII p. 484 H.* Claudius: Pugna acriter 20 commissa, multis utrimque interitis.

VALERIVS ANTIAS

TESTIMONIA

1. *Vell. II 9* Vetustior Sisenna fuit Caelius, aequalis Sisennae Rutilius Claudiusque Quadrigarius et Valerius Antias.

2. *Front. ad Ver. I 1 p. 114 N.* Historiam quoque scribsere — Antias inuenuste. 25

3. *Dion. I 7 Τὰ δ' ἐκ τῶν ἱστοριῶν ἀναλεξάμενος, ἃς οἱ πρὸς αὐτῶν ἐπαινούμενοι Ῥωμαίων συνέγραψαν — Οὐαλέριος ὁ Ἀντιεὺς κ. τ. λ. Cat. or. test. 1.*

4. *Liu. XXX 19, 11* Valerius Antias quinque millia hostium caesa ait. quae tanta res est, ut aut impudenter ficta sit 30 aut neglegenter praetermissa (*fr. 29*). *XXXIII 10, 8* Si Valerio qui credat omnium rerum inmodice numerum

augenti (*fr. 32*). *XXXVIII 23, 8* Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet (*fr. 44*). *cf. fr. 19. 24. 39. 41. 47.*

5. *Antiatis fragmenta in Plin. n. hist. sec. ind. latent in libr. XII. XXI. XXII. XXVIII. XXIX.* 5

ANNALIVM FRAGMENTA

EX LIB. I uel II

1*. *Gell. VII 7, 1* Accae Larentiae et Gaiae Taraciae, siue illa Fufetia est, nomina in antiquis annalibus celebria sunt. earum alterae post mortem, Taraciae autem uiuae amplissimi honores a populo Romano habiti. — Sed Acca Larentia corpus in uulgus dabat pecuniamque emeruerat 10 ex eo quaestu uberem. Ea testamento, ut in Antiatis historia scriptum est, Romulum regem, ut quidam autem alii tradiderunt, populum Romanum bonis suis heredem fecit. ob id meritum a flamine Quirinali sacrificium ei publice fit et dies e nomine eius in fastos additus. (*cf. Cat. fr. 16.* 15 *Licin. 1.*)

2*. *Dionys. II 13.* *Ὄνομα δὲ κοινὸν ἅπαντες οὗτοι ἔσχον Κελέριοι, ὡς μὲν οἱ πλείους γράφουσιν, ἐπὶ τῆς ὀξύτητος τῶν ὑπηρεσιῶν, — ὡς δὲ Οὐαλέριος ὁ Ἀντιεύς φησιν, ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος αὐτῶν τοῦτ' ἔχοντος τοὔνομα.* 20

3*. *Plut. Rom. 14* *Ἁρπασθῆναι δέ φασιν* [*Sabinas*] *οἱ μὲν τριάκοντα μόνας, ἀφ' ὧν καὶ τὰς φρατρίας ὀνομασθῆναι, Οὐαλλέριος δὲ Ἀντίας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας, Ἰόβας δὲ τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίας παρθένους.* 25

EX LIBRO II

4*. *Macrob. sat. I 4, 7* Iulius Modestus de feriis — 'Antias', inquit 'Agonaliorum repertorem Numam Pompilium refert'.

5. *Macrob. sat. I 13, 20* Antias libro secundo Numam Pompilium sacrorum causa id [*intercalationem*] inuenisse 30 contendit. (*cf. Licin. fr. 4. Tudit. fr. 7. Cass. fr. 18.*)

6. *Arnob. V 1* In secundo Antiatis libro, ne quis forte nos aestimet concinnare per calumnias crimina, talis perscripta est fabula: Numam illum regem, cum procurandi fulminis scientiam non haberet, essetque illi cupido noscendi, Egeriae monitu castos duodecim iuuenes apud aquam celasse 5 cum uinculis, ut, cum Faunus et Martius Picus ad id locorum uenissent haustum (nam illis aquandi solemne iter huc fuit) inuaderent, constringerent, conligarent. sed quo res fieri expeditius posset, regem pocula non parui numeri uino mulsoque complesse circaque accessus fontis insidiosam 10 uenturis opposuisse fallaciam. illos more de solito bibendi adpetitione correptos ad hospitia nota uenisse. sed cum liquoribus odoratis offendissent fragrantia pocula, uetustioribus anteposuisse res nouas, inuasisse auiditer, dulcedine potionis captos hausisse plus nimio, obdormiuisse factos 15 graues. tum bis senos incubuisse sopitis, iniecisse madidatis uincla, expergitosque illos statim perdocuisse regem, quibus ad terras modis Iuppiter posset et sacrificiis elici; et accepta regem scientia rem in Auentino fecisse diuinam, elexisse ad terras Iouem ab eoque quaesisse ritum pro- 20 curationis morem. Iouem diu cunctatum 'expiabis' dixe 'capite fulgurita'. regem respondisse 'caepicio'. Iouem rursus 'humano'. rettulisse regem 'sed capillo'. deum contra 'animali'. 'maena' subiecisse Pompilium. tunc ambiguis Iouem propositionibus captum extulisse hanc uocem: 25 'Decepisti me Numa; nam ego humanis capitibus procurari constitueram fulgurita, non maena, capillo, caepicio. quoniam me tamen tua circumuenit astutia, quem uoluisti, habeto morem et his rebus, quas pactus es, procurationem semper suscipies fulguritorum'. 30

7. *Plut. Num. 22* *Πυρὶ μὲν οὐκ ἔδοσαν τὸν νεκρὸν αὐτοῦ κωλύσαντος [Νομᾶ], ὡς λέγεται· δύο δὲ ποιησάμενοι λιθίνας σοροὺς ὑπὸ τὸ Ἰάνοκλον ἔθηκαν, τὴν μὲν ἑτέραν ἔχουσαν τὸ σῶμα, τὴν δὲ ἑτέραν τὰς ἱερὰς βίβλους. — οἱ δὲ περὶ Ἀντίαν ἱστοροῦσι δώδεκα μὲν εἶναι βίβλους ἱεροφαντικὰς, δώδεκα δὲ ἄλλας Ἑλληνικὰς φιλοσόφους τὰς εἰς τὴν* 35

σορὸν συντεθεῖσας. Τετρακοσίων δέ που διαγενομένων ἐτῶν ὕπατοι μὲν ἦσαν Πόπλιος Κορνήλιος καὶ Μάρκος Βαίβιος. ὄμβρων δὲ μεγάλων ἐπιπεσόντων καὶ χώματος περιρραγέντος ἐξέωσε τὰς σοροὺς τὸ ῥεῦμα· καὶ τῶν ἐπιθημάτων ἀποπεσόντων ἡ μὲν ἑτέρα κενὴ παντάπασιν ὤφθη καὶ μέρος 5 *οὐδὲν οὐδὲ λείψανον ἔχουσα τοῦ σώματος· ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ τῶν γραμμάτων εὑρεθέντων ἀναγνῶναι μὲν αὐτὰ λέγεται Πετίλιος στρατηγῶν τότε, πρὸς δὲ τὴν σύγκλητον κομίσαι μὴ δοκεῖν αὐτῷ θεμιτὸν εἶναι λέγων μηδὲ ὅσιον ἔκπυστα τοῖς πολλοῖς τὰ γεγραμμένα γενέσθαι· διὸ καὶ κομισθείσας εἰς* 10 *τὸ Κομίτιον τὰς βίβλους κατακαῆναι.*

8. *Plin. n. h. XIII 87* Antias secundo libros fuisse [*tradit*] XII pontificales Latinos, totidem Graecos praecepta philosophiae continentes.

9*. *Liu. XXXX 29, 8* Adicit Antias Valerius, Pytha- 15 goricos [*libros Numae*] fuisse, uolgatae opinioni, qua creditur Pythagorae auditorem fuisse Numam, mendacio probabili adcommodata fide. (*cf. Cass. fr. 37. Pis. 11. Tudit. 3.*)

10*. (*Valer. Max.*) *de praenom. 4* Ancum praenomen Varro e Sabinis translatum putat, Valerius Antias scribit, 20 quod cubitum uitiosum habuerit, qui Graece uocatur *ἀγκών*.

11*. *Plin. n. h. III 70* Praeterea auctor est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege, ex cuius praeda Capitolium is incohaverit.

12*. *Plut. de fort. Rom. 10* *Τοῦ γὰρ Κορνικολάνων* 25 *ἄστεος ἁλόντος ὑπὸ Ῥωμαίων Ὀκρησία παρθένος αἰχμάλωτος, ἧς οὐδὲ τὴν ὄψιν οὐδὲ τὸν τρόπον ἠμαύρωσεν ἡ τύχη, δοθεῖσα Τανακυλλίδι, τῇ Ταρκυνίου γυναικὶ τοῦ βασιλέως, ἐδούλευσε· καὶ πελάτης τις εἶχεν αὐτήν, οὓς κλιέντης Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· ἐκ τούτων ἐγεγόνει Σερούϊος. Οἱ δὲ οὔ* 30 *φασιν ἀλλὰ παρθένον τὴν Ὀκρησίαν ἀπάργματα καὶ λοιβὴν ἑκάστοτε λαμβάνουσαν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἐπὶ τὴν ἑστίαν κομίζειν· καί ποτε τυχεῖν μὲν αὐτήν, ὥσπερ εἰώθει, τῷ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιβάλλουσαν, αἰφνίδιον δὲ τῆς φλογὸς μαρανθείσης μόριον ἀνδρὸς ἀνατεῖναι γόνιμον ἐκ τῆς ἑστίας,* 35

καὶ τουτο τὴν κόρην τῇ Τανακυλλίδι φράσαι μόνῃ περίφοβον γενομένην. τὴν δὲ, συνετὴν οὖσαν καὶ φρενήρη, κοσμῆσαί τε τὴν κόρην, ὅσα νύμφαις πρέπει, καὶ συγκαθεῖρξαι τῷ φάσματι, θεῖον ἡγουμένην. οἱ μὲν ἥρωος οἰκουροῦ λέγουσιν, οἱ δὲ Ἡφαίστου τὸν ἔρωτα τοῦτον γενέσθαι· τίκτεται 5 δ' οὖν Σερούϊος ⟨καὶ βρέφους ὄντος ἡ κεφαλὴ σέλας ἀστραπῇ παραπλήσιον ἀπήστραψεν⟩. Οἱ δὲ περὶ Ἀντίαν οὐχ οὕτω λέγουσιν, ἀλλὰ τυχεῖν μὲν τῷ Σερουΐῳ τὴν γυναῖκα Γεγανίαν θνήσκουσαν, αὐτὸν δὲ τῆς μητρὸς παρούσης εἰς ὕπνον ἐκ δυσθυμίας καὶ λύπης ἀποκλιθῆναι· καὶ καθεύδοντος αὐτοῦ 10 ταῖς γυναιξὶν ὀφθῆναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πυρὶ περιλαμπόμενον. ὅπερ ἦν μαρτύριον αὐτῷ τῆς ἐκ πυρὸς γενέσεως, σημεῖον δὲ χρηστὸν ἐπὶ τὴν ἀπροσδόκητον ἡγεμονίαν, ἧς ἔτυχε μετὰ τὴν Ταρκυνίου τελευτὴν Τανακυλλίδος σπουδασάσης. 15

13*. *Arnob. VI 7 = Fab. fr. 12 p. 22.* (*cf. Plin. n. h. XXVIII 15.*)

14. *Charis. II p. 208 K.* Valerius Antias libro II: Mater cum nouissime aegrotasset, inquit, uouisse fertur.

EX LIBRO III

181/573 **15.** *Plin. n. h. XIII 87* Idem [*Antias*] tertio et senatus consultum ponit, quo comburi eos [*libros Numae*] placuerit.

EX LIBRO VI

16. *Priscian. VII p. 347 H.* Valerius Antias in VI annalium: Hoc senatus consultum prior factum est.

EX LIBRO III—XXI

505/249 **17.** *Ascon. in Cic. Pis. p. 12 K.* Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio, cuius exitus, quo magis insignis esset, in publicum uersus declinaretur, hoc est extra priuatum aperiretur.

18. *Censor. de d. nat. 17, 8* Nam ita institutum esse, ut centesimo quoque anno fierent [*ludi saeculares*], id cum Antias aliique historici auctores sunt tum Varro.

464/290 **19.** *Liu. III 5, 12* Magnae clades ultro citroque illis diebus [*cum cum Aequis pugnaretur*] et inlatae et acceptae. difficile ad fidem est in tam antiqua re, quot pugnauerint ceciderintue, exacto adfirmare numero. audet tamen Antias Valerius concipere summas: Romanos cecidisse in Hernico agro quinque milia octingentos, ex praedatoribus Aequorum, qui populabundi in finibus Romanis uagabantur, ab A. Postumio consule duo milia et quadringentos caesos. ceteram multitudinem praedam agentem, quae inciderit in Quinctium, nequaquam pari defunctam esse caede, interfecta inde quattuor milia et exsequendo subtiliter numerum ducentos ait et triginta.

434/320 **20.** *Liu. IIII 23, 2* Valerius Antias et Q. Tubero M. Manlium et Q. Sulpicium consules in eum annum edunt.

278/476 **21.** *Gell. III 8* Cum Pyrrus rex in terra Italia esset et unam atque alteram pugnas prospere pugnasset, satisque agerent Romani, et pleraque Italia ad regem desciuisset: tum Ambraciensis quispiam Timochares, regis Pyrri amicus, ad C. Fabricium consulem furtim uenit ac praemium petiuit et, si de praemio conueniret, promisit regem uenenis necare; idque facile esse factu dixit, quoniam filius suus pocula in conuiuio regi ministraret. Eam rem Fabricius ad senatum scripsit. senatus ad regem legatos misit mandauitque, ut de Timochare nihil proderent sed monerent, uti rex circumspectius ageret atque a proximorum insidiis salutem tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valeri Antiatis historia scriptum est. (*cf. Claud. fr. 40.*)

249/505 **22.** *Censorin. de d. n. 17, 10* Tertii ludi [*saeculares*] fuerunt Antiate Liuioque auctoribus P. Claudio Pulchro L. Iunio Pullo cons.

212/542 **23.** *Liu. XXV 39, 11* Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii [*in Hispania post necem Scipionum*]. — Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia caesa hostium, altero proelio eruptione

pugnatum cum Hasdrubale, decem millia occisa, quattuor milia CCCXXX captos. — Apud omnis magnum nomen Marcii ducis est. et uerae gloriae eius etiam miracula addunt, flammam ei contionanti fusam e capite sine ipsius sensu cum magno pauore circumstantium militum, moni- 5 mentumque uictoriae eius de Poenis usque ad incensum Capitolium fuisse in templo clipeum Marcium appellatum cum imagine Hasdrubalis. = *Plin. n. h. II 241* L. Marcio in Hispania interemptis Scipionibus contionanti et milites ad ultionem exhortanti arsisse simili modo [*caput ut Seruio* 10 *Tullio*] Valerius Antias narrat. (*cf. Acil. fr. 4. Pis. fr. 32. Claud. fr. 53**.)

24. *Liu. XXVI 49, 1* Tum obsides ciuitatium Hispa- $\frac{210}{544}$ niae uocari iussit [*Scipio Carthagine noua expugnata*]: quorum quantus numerus fuerit piget scribere, quippe cum 15 alibi trecentos ferme, alibi tria millia septingentos uiginti quattuor fuisse inueniam. aeque et alia inter auctores discrepant. praesidium Punicum alius decem, alius septem, alius haud plus quam duum millium fuisse scribit. capta alibi decem milia capitum, alibi supra quinque et uiginti inuenias. scorpiones 20 maiores minoresque ad sexaginta captos scripserim, si auctorem Graecum sequar Silenum; si Valerium Antiatem, maiorum scorpionum sex millia, minorum decem et tria millia: adeo nullus mentiendi modus est. ne de ducibus quidem conuenit. plerique Laelium praefuisse classi, sunt qui M. 25 Iunium Silanum dicant. Arinen praefuisse Punico praesidio deditumque Romanis Antias Valerius, Magonem alii scriptores tradunt. non de numero nauium captarum, non de pondere auri atque argenti et redactae pecuniae conuenit. si aliquis adsentiri necesse est, media simillima ueris sunt. 30

25. *Gell. VII 8, 3* Lepide igitur agitari potest, utrum $\frac{210}{544}$ uideri continentiorem par sit, Publiumne Africanum superiorem, qui Carthagine ampla ciuitate in Hispania expugnata uirginem tempestiuam, forma egregia, nobilis uiri Hispani filiam captam perductamque ad se patri inuiolatam reddi- 35 dit, an regem Alexandrum. — His ego uersibus [*Cn. Naeuii*] credo adductum Valerium Antiatem aduersus ceteros omnis

scriptores de Scipionis moribus sensisse et eam puellam captiuam non redditam patri scripsisse, contra quam nos supra diximus, sed retentam a Scipione atque in deliciis amoribusque ab eo usurpatam. (205 / 549)

26. *Liu. XXVIII 46, 14* Eisdem diebus naues onerariae Poenorum ad octoginta circa Sardiniam ab Cn. Octauio, qui prouinciae praeerat, captae. eas Coelius [*fr. 33*] frumento misso ad Hannibalem commeatuque onustas, Valerius praedam Etruscam Ligurumque Montanorum captiuos Carthaginem portantis captas tradit. (204 / 550)

27. *Liu. XXVIIII 35, 2* Duos eodem nomine [*Hannonis*] Carthaginiensium duces duobus equestribus proeliis [*ad Salaecam urbem*] interfectos, non omnes auctores sunt, ueriti, credo, ne falleret bis relata eadem res. Caelius quidem [*fr. 42*] et Valerius captum Hannonem tradunt. (203 / 551)

28. *Liu. XXX 3, 4* Inter haec ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat [*Scipio*], si forte iam satias amoris in uxore ex multa copia eum cepisset. ab Syphace magis pacis cum Carthaginiensibus condiciones, ut Romani Africa, Poeni Italia excederent, quam, si bellaretur, spes ulla desciturum adferebatur. haec per nuntios acta magis equidem crediderim (et ita pars maior auctores sunt) quam ipsum Syphacem, ut Antias Valerius prodit, in castra Romana ad conloquium uenisse. (203 / 551)

29. *Liu. XXX 19, 11* Idem consul [*Cn. Seruilius*] cum Hannibale in agro Crotoniensi acie conflixit. obscura eius pugnae fama est. Valerius Antias quinque milia hostium caesa ait. quae tanta res est, ut aut impudenter ficta sit aut neglegenter praetermissa. nihil certe ultra rei in Italia ab Hannibale gestum. (202 / 552)

30. *Liu. XXX 29, 7* Valerius Antias primo proelio uictum eum [*Hannibalem ante proelium Zamense*] ab Scipione, quo duodecim milia armatorum in acie sint caesa, mille et septingenti capti, legatum cum aliis decem legatis tradit in castra ad Scipionem uenisse. (199 / 555)

31. *Liu. XXXII 6* Consul [*P. Villius Tappulus*] per Charopum Epiroten certior factus, quos saltus cum exer-

citu insedisset rex [*Macedonum Philippus*], et ipse, cum Corcyrae hibernasset, uere primo in continentem trauectus ad hostem ducere pergit. quinque milia ferme ab regiis castris cum abesset, loco munito relictis legionibus ipse cum expeditis progressus ad speculanda loca postero die 5 consilium habuit, utrum per insessum ab hoste saltum, quamquam labor ingens periculumque proponeretur, transitum temptaret, an eodem itinere, quo priore anno Sulpicius Macedoniam intrauerat, circumduceret copias. hoc consilium per multos dies agitanti ei nuntius uenit, T. Quinctium 10 consulem factum sortitumque prouinciam Macedoniam maturato itinere iam Corcyram traiecisse. Valerius Antias intrasse saltum Villium tradit, quia recto itinere nequiuerit omnibus ab rege insessis, secutum uallem, per quam mediam fertur Aous amnis; ponte raptim facto in ripam, in qua 15 erant castra regia, transgressum acie conflixisse; fusum fugatumque regem, castris exutum; duodecim milia hostium eo proelio caesa, capta duo milia et ducentos et signa militaria centum triginta duo, equos ducentos triginta; aedem etiam Ioui in eo proelio uotam, si res prospere 20 gesta esset. ceteri Graeci Latinique auctores, quorum quidem ego legi annales, nihil memorabile a Villio actum integrumque bellum insequentem consulem T. Quinctium accepisse tradunt.

197/557

32. *Liu. XXXIII 10, 8* Si Valerio qui credat omnium rerum inmodice numerum augenti, quadraginta milia hostium eo die [*quo ad Cynoscephalas pugnatum est*] sunt caesa, capta (ibi modestius mendacium est) quinque milia septingenti, signa militaria ducenta undequinquaginta. (*Ex Liuio Oros. IV 20, 6. cf. Claud. fr. 62.*) 30

196/558

33. *Liu. XXXIII 30, 1* Paucos post dies decem legati ab Roma uenerunt, quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est, — — ne plus quinque milia armatorum haberet neue elephantum ullum. bellum extra Macedoniae fines ne iniussu senatus gereret. — Valerius Antias quater- 35 num milium pondo argenti uectigal in decem annos inpositum regi tradit. — in haec obsides accepti, inter quos

Demetrius Philippi filius. adicit Antias Valerius Attalo absenti Aeginam insulam elephantosque dono datos et Rhodiis Stratoniceam Cariaeque alias urbes, quas Philippus tenuisset, Atheniensibus insulas datas Lemnum, Imbrum, Delum, Scyrum. (*cf. Claud. fr. 63.*) 5

196/558 **34.** *Liu. XXXIII 36, 13* In eo proelio [*quod M. Claudius Marcellus in agro Comensi cum Gallis conmisit*] supra quadraginta milia hominum caesa Valerius Antias scribit, octingenta septem signa militaria capta et carpenta septingenta triginta duo et aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius [*fr. 64*] in Capitolio Ioui donum in aede positum scribit. castra eo die Gallorum expugnata direptaque et Comum oppidum post dies paucos captum. castella inde duodetriginta ad consulem defecerunt. id quoque inter scriptores ambigitur, utrum in Boios prius an Insubres consul exercitum duxerit aduersamque prospera pugna oblitterauerit, an uictoria ad Comum parta deformata clade in Bois accepta sit. 10 15

195/559 **35.** *Liu. XXXIIII 10, 1* Eodem tempore M. Heluio decedenti ex ulteriore Hispania cum praesidio sex milium dato ab Ap. Claudio praetore Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Iliturgi occurrunt. uiginti milia armatorum fuisse Valerius scribit, $\overline{\text{XII}}$ ex iis caesa, oppidum Iliturgi receptum et puberes omnis interfectos. 20

195/559 **36.** *Liu. XXXIIII 15, 9* Valerius Antias supra quadraginta milia hostium caesa eo die [*quo a Catone consule ad Emporias Hispani uicti sunt*] scribit. (*cf. Cat. fr. 92.*) 25

194/560 **37.** *Ascon. in Cic. Cornel. p. 61 K.* Hoc factum est secundo consulatu Scipionis [*Africani maioris*], post septimum annum quam Carthaginiensibus bello secundo data est pax. factum id esse autem Antias tradit ludis Romanis, quos fecerunt aediles curules *C.* Attilius Serranus, L. Scribonius Libo, et id eos fecisse iussu censorum Sex. Aeli Paeti, C. Corneli Cetegi. et uidetur in hac quidem oratione hunc auctorem secutus Cicero dixisse, *passum* esse Scipionem secerni a cetero *consessu* spectacula senatorum. 30 35

38. *Liu. XXXV 2, 8* Valerius Antias et in Siciliam nauigasse dilectus causa C. Flaminium [*praetorem, a senatu in Hispaniam missum*] scribit et ex Sicilia Hispaniam petentem tempestate in Africam delatum uagos milites de exercitu P. Africani sacramento rogasse, his duarum prouinciarum dilectibus tertium in Hispania adiecisse. $\frac{193}{561}$

39. *Liu. XXXVI 19, 10* Romanus equitatus ipsum quidem regem [*Antiochum ex pugna Thermopylensi fugientem*] Elatiae adsecutus non est; magnam partem agminis aut lassitudine subsistentis aut errore, ut qui sine ducibus per ignota itinera fugerent, dissipatos oppresserunt; nec praeter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquam effugit, etiam ex decem milibus militum, quos Polybio auctore traiecisse secum regem in Graeciam scripsimus, exiguus numerus. quid si Antiati Valerio credamus sexaginta milia militum fuisse in regio exercitu scribenti, quadraginta inde milia cecidisse, supra quinque milia capta cum signis militaribus ducentis triginta? Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnae, ab incursu Aetolorum se tuentes non plus quinquaginta interfecti sunt. $\frac{191}{563}$

40. *Liu. XXXVI 36, 3* Per idem fere tempus aedes matris magnae Idaeae dedicata est, quam deam is P. Cornelius aduectam ex Asia P. Cornelio Scipione, cui postea Africano fuit cognomen, P. Licinio consulibus in Palatium a mari detulerat. locauerant aedem faciendam ex senatus consulto M. Liuius C. Claudius censores M. Cornelio P. Sempronio consulibus; tredecim annis post quam locata erat dedicauit eam M. Iunius Brutus, ludique ob dedicationem eius facti, quos primos scaenicos fuisse Antias Valerius est auctor, Megalesia appellatos. $\frac{191}{563}$

41. *Liu. XXXVI 38, 5* Duobus fere post mensibus P. Cornelius consul cum Boiorum exercitu signis conlatis egregie pugnauit. duodetriginta milia hostium occisa Antias Valerius scribit, capta tria milia et quadringentos, signa $\frac{191}{563}$

militaria centum uiginti quattuor, equos mille ducentos triginta, carpenta ducenta quadraginta septem, ex uictoribus mille quadringentos octoginta quattuor cecidisse. ubi ut in numero scriptori parum fidei sit, quia in augendo eo non alius intemperantior est, magnam tamen 5 uictoriam fuisse adparet, quod et castra capta sunt et Boi post eam pugnam extemplo dediderunt sese, et quod supplicatio eius uictoriae causa decreta ab senatu uictimaeque maiores caesae.

189/565 **42.** *Liu. XXXVII 48* M. Fuluio Nobiliore et Cn. 10 Manlio Volsone consulibus Valerius Antias auctor est rumorem celebrem Romae fuisse et paene pro certo habitum, recipiendi Scipionis adulescentis causa consulem L. Scipionem et cum eo P. Africanum in conloquium euocatos regis [*Antiochi*] et ipsos comprehensos esse, et ducibus captis 15 confestim ad castra Romana exercitum ductum eaque expugnata et deletas omnis copias Romanorum esse. ob haec Aetolos sustulisse animos et abnuisse imperata facere, principesque eorum in Macedoniam et in Dardanos et in Thraeciam ad conducenda mercede auxilia profectos. haec qui 20 nuntiarent Romam, A. Terentium Varronem et M. Claudium Lepidum ab A. Cornelio propraetore ex Aetolia missos esse. subtexit deinde fabulae huic, legatos Aetolos in senatu inter cetera hoc quoque interrogatos esse, unde audissent imperatores Romanos in Asia captos ab Antiocho rege et 25 exercitum deletum esse; Aetolos respondisse ab suis legatis se, qui cum consule fuerint, certiores factos. rumoris huius quia neminem alium auctorem habeo, neque adfirmata res mea opinione sit nec pro uana praetermissa.

189/565 **43.** *Liu. XXXVII 60, 2* Cogitanti Q. Fabio [*praetori*] 30 cui rei potissimum insisteret, ne otiosam prouinciam habuisse uideri posset, optimum uisum est in Cretam insulam traicere. Cydoniatae bellum aduersus Gortynios Gnosiosque gerebant, et captiuorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in seruitute esse per totam insulam dicebatur. 35 classe ab Epheso profectus cum primum Cretae litus attigit, nuntios circa ciuitates misit, ut armis absisterent captiuos-

que in suis quaeque urbibus agrisque conquisitos reducerent et legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretensis pariter Romanosque pertinentibus ageret. nihil magnopere ea Cretenses mouerunt. captiuos praeter Gortynios nulli reddiderunt. Valerius Antias ad quattuor milia 5 captiuorum, quia belli minas timuerint, ex tota insula reddita scripsit, eamque causam Fabio, cum rem nullam aliam gessisset, naualis triumphi impetrandi ab senatu fuisse. 189/565

44. *Liu. XXXVIII 23, 6* Numerus interfectorum [*Gallorum in Olympo monte a Cn. Manlio consule*] haud 10 facile iniri potuit, quia late per omnis amfractus montium fugaque et caedes fuit, et magna pars rupibus inuiis in profundae altitudinis conualles delapsa est, pars in siluis uepribusque occisa. Claudius, qui bis pugnatum in Olympo monte scribit [*fr. 66*], ad quadraginta milia hominum 15 auctor est caesa; Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet, non plus decem milia. numerus captiuorum haud dubie milia quadraginta expleuit, quia omnis generis aetatisque turbam secum traxerant demigrantium magis quam in bellum euntium modo. 20

45. *Liu. XXXVIII 50, 4—55, 7. 58—60* Oppressit 187/567 deinde mentionem memoriamque omnem contentionis huius maius et cum maiore et clariore uiro certamen ortum. P. Scipioni Africano, ut Valerius Antias auctor est, duo Q. Petillii diem dixerunt. id, prout cuiusque ingenium erat, 25 interpretabantur. alii non tribunos plebis, sed uniuersam ciuitatem, quae id pati posset, incusabant: duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes inuentas, Romam ingratiorem, si quidem uicta Carthago uictum Hannibalem in exsilium expulisset, Roma 30 uictrix uictorem Africanum expellat. alii neminem unum ciuem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit; nihil tam aequandae libertatis esse quam potentissimum quemque posse dicere causam. quid autem tuto cuiquam, nedum summam rem publicam, permitti, si ratio 35 non sit reddenda? qui ius aequum pati non possit, in eum uim haud iniustam esse. haec agitata sermonibus, donec

b dies dicendae causae uenit. nec alius antea quisquam nec ille ipse Scipio consul censorue maiore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die in forum est deductus. iussus dicere causam sine ulla criminum mentione orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus, ut satis constaret neminem umquam neque melius neque uerius laudatum esse. dicebantur enim ab *eo* eodem animo ingenioque, quo gesta erant, et aurium fastidium aberat, quia pro periculo, non in gloriam referebantur. c (*c. 51.*) tribuni plebis vetera luxuriae crimina Syracusanorum hibernorum et Locris Pleminianum tumultum cum ad fidem praesentium criminum rettulissent, suspicionibus magis quam argumentis pecuniae captae reum accusarunt. filium captum sine pretio redditum, omnibusque aliis rebus Scipionem, tamquam in eius unius manu pax Romana bellumque esset, ab Antiocho cultum. dictatorem eum consuli, non legatum in prouincia fuisse nec ad aliam rem eo profectum, quam ut, id quod Hispaniae, Galliae, Siciliae, Africae iam pridem persuasum esset, hoc Graeciae Asiaeque et omnibus ad orientem uersis regibus gentibusque adpareret, unum hominem caput columenque imperii Romani esse, sub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere, nutum eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse. infamia intactum inuidia, qua possunt, urgent. ora-d tionibus in noctem perductis prodicta dies est. Vbi ea uenit, tribuni in rostris prima luce consederunt. citatus reus magno agmine amicorum clientiumque per mediam contionem ad rostra subiit silentioque facto 'hoc' inquit 'die, tribuni plebis uosque Quirites, cum Hannibale et Carthaginiensibus signis conlatis in Africa bene ac feliciter pugnaui. itaque cum hodie litibus et iurgiis supersederi aequum sit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Iouem optimum maximum Iunonemque et Mineruam ceterosque deos, qui Capitolio atque arci praesident, salutandos ibo hisque gratias agam, quod mihi et hoc ipso die et saepe alias egregie gerendae rei publicae mentem facultatemque dederunt. uestrum quoque quibus commodum est, Quirites,

ite mecum et orate deos, ut mei similes principes habeatis, ita, si ab annis septemdecim ad senectutem semper uos aetatem meam honoribus vestris anteistis, ego uestros honores rebus gerendis praecessi.' Ab rostris in Capitolium ascendit. simul se uniuersa contio auertit et secuta Scipionem est, adeo ut postremo scribae uiatoresque tribunos relinquerent, nec cum iis praeter servilem comitatum et praeconem, qui reum ex rostris citabat, quisquam esset. Scipio non in Capitolio modo, sed per totam urbem omnia templa deum cum populo Romano circumiit. celebratior is prope dies fauore hominum et aestimatione uerae magnitudinis eius fuit, quam quo triumphans de Syphace rege et Carthaginiensibus urbem est inuectus. e 10

(*c. 52.*) Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni inluxit. post quem cum inuidiam et certamina cum tribunis prospiceret, die longiore prodicta in Literninum concessit certo consilio, ne ad causam dicendam adesset. maior animus et natura erat ac maiori fortunae adsuetus, quam ut reus esse tunc sciret et submittere se in humilitatem causam dicentium. ubi dies uenit citarique absens est coeptus, L. Scipio morbum causae esse cur abesset excusabat. quam excusationem cum tribuni, qui diem dixerant, non acciperent et ab eadem superbia non uenire ad causam dicendam arguerent, qua iudicium et tribunos plebis et contionem reliquisset, et quibus ius sententiae de se dicendae et libertatem ademisset, his comitatus, uelut captos trahens, triumphum de populo Romano egisset, secessionemque eo die in Capitolium a tribunis plebis fecisset ('habetis ergo temeritatis illius mercedem. quo duce et auctore nos reliquistis, ab eo ipsi relicti estis, et tantum animorum in dies nobis decrescit, ut ad quem ante annos septemdecim exercitum et classem habentem tribunos plebis aedilemque mittere in Siciliam ausi sumus, qui prenderent eum et Romam reducerent, ad eum priuatum ex uilla sua extrahendum ad causam dicendam mittere non audeamus'); tribuni plebis adpellati ab L. Scipione ita decreuerunt, si morbi causa excusaretur, sibi placere accipi eam causam f 15 g 25 30 35

h diemque a collegis prodici. tribunus plebis eo tempore Ti. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiae cum P. Scipione intercedebant. is cum uetuisset nomen suum decreto collegarum adscribi, tristioremque omnes sententiam expectarent, ita decreuit, cum L. Scipio excusasset morbum esse 5 causae fratri, satis id sibi uideri. se P. Scipionem, priusquam Romam redisset, accusari non passurum. tum quoque, si se adpellet, auxilio ei futurum, ne causam dicat. ad id fastigium rebus gestis, honoribus populi Romani P. Scipionem deorum hominumque consensu peruenisse, ut sub rostris 10 reum stare et praebere aures adolescentium conuiciis po-
i pulo Romano magis deforme quam ipsi sit. (*c. 53.*) adiecit decreto indignationem: 'Sub pedibus uestris stabit, tribuni, domitor ille Africae Scipio? ideo quattuor nobilissimos duces Poenorum in Hispania, quattuor exercitus fudit fugauit, 15 ideo Syphacem cepit, Hannibalem deuicit, Carthaginem uectigalem nobis fecit, Antiochum (recepit enim fratrem consortem huius gloriae L. Scipio) ultra Tauri iuga emouit, ut duobus Petilliis succumberet, uos de P. Africano palmam peteretis? nullisne meritis suis, nullis uestris hono- 20 ribus umquam in arcem tutam et uelut sanctam clari uiri peruenient, ubi, si non uenerabilis, inuiolata saltem senectus eorum considat?' Mouit et decretum et adiecta oratio non ceteros modo, sed ipsos etiam accusatores, et deliberaturos
k se, quid iuris sui et officii esset, dixerunt. senatus deinde 25 concilio plebis dimisso haberi est coeptus. ibi gratiae ingentes ab uniuerso ordine, praecipue a consularibus senioribusque, Ti. Graccho actae sunt, quod rem publicam priuatis simultatibus potiorem habuisset, et Petillii uexati sunt probris, quod splendere aliena inuidia uoluissent et spolia 30
l ex Africani triumpho peterent. silentium deinde de Africano fuit. uitam Literni egit sine desiderio urbis. morientem rure eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt monumentumque ibi aedificari, ne funus sibi in ingrata patria fieret. [= *Liu. XXXVIIII 52, 1* Scipionem et Polybius et Ruti- 35 lius [*fr. 2*] hoc anno [*183. 571*] mortuum scribunt. ego neque his neque Valerio adsentior. — Antiatem auctorem refellit

tribunus plebis M. Naeuius, aduersus quem oratio inscripta P. Africani est.] uir memorabilis bellicis tamen quam pacis artibus memorabilior *et illustrior* prima pars uitae quam m postrema fuit, quia in iuuenta bella adsidue gesta, cum senecta res quoque defloruere, nec praebita est materia 5 ingenio. quid ad primum consulatum secundus, etiam si censuram adicias? quid Asiatica legatio, et ualetudine aduersa inutilis et filii casu deformata et post reditum necessitate aut subeundi iudicii aut simul cum patria deserendi? Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque maius 10 neque periculosius Romani gessere, unus praecipuam gloriam tulit.

(*c. 54.*) Morte Africani creuere inimicorum animi, n quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui uiuo quoque eo adlatrare magnitudinem eius solitus erat. hoc auctore 15 existimantur Petillii et uiuo Africano rem ingressi et mortuo rogationem promulgasse. fuit autem rogatio talis: 'Velitis iubeatis, Quirites, quae pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho est quique sub imperio eius fuerunt, quod eius in publicum relatum non est, uti de ea re Ser. Sul- 20 picius praetor urbanus ad senatum referat, quem eam rem uelit senatus quaerere de iis, qui praetores nunc sunt.' o huic rogationi primo Q. et L. Mummii intercedebant, senatum quaerere de pecunia non relata in publicum, ita ut antea semper factum esset, aequum censebant. Petillii 25 nobilitatem et regnum in senatu Scipionum accusabant. L. Furius Purpurio consularis, qui in decem legatis in Asia fuerat, latius rogandum censebat, non quae ab Antiocho modo pecuniae captae forent, sed quae ab aliis regibus gentibusque, Cn. Manlium inimicum incessens. et L. Scipio, 30 quem magis pro se quam aduersus legem dicturum ad- p parebat, dissuasor processit. is morte P. Africani fratris, uiri omnium fortissimi clarissimique, eam exortam rogationem est conquestus. parum enim fuisse non laudari pro rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur. 35 et Carthaginienses exilio Hannibalis contentos esse, populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exsatiari, nisi

et ipsius fama sepulti laceretur et frater insuper, accessio inuidiae, mactetur. M. Cato suasit rogationem (exstat oratio eius de pecunia regis Antiochi), et Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne aduersarentur rogationi. remittentibus ergo his intercessionem omnes tribus uti rogassent iusserunt. (*c. 55.*) Ser. Sulpicio deinde referente, quem rogatione Petillia quaerere uellent, Q. Terentium Culleonem patres iusserunt. ad hunc praetorem, ⟨— —⟩ adeo inimicum eundem, ut propter insignem simultatem ab ea factione, quae aduersa Scipionibus erat, delectus sit potissimum ad quaestionem exercendam —; ceterum ad hunc nimis ⟨—⟩ iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio. simul et delata et recepta nomina legatorum eius, A. et L. Hostiliorum Catonum et C. Furii Aculeonis quaestoris et, ut omnia contacta societate peculatus uiderentur, scribae quoque duo et accensus. L. Hostilius et scribae et accensus, priusquam de Scipione iudicium fieret, absoluti sunt, Scipio et A. Hostilius legatus et C. Furius damnati: quo commodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex milia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse quam in aerarium rettulerit, A. Hostilium octoginta pondo auri, argenti quadringenta tria, Furium quaestorem auri pondo centum triginta, argenti ducenta. has ego summas auri et argenti relatas apud Antiatem inueni. — —

(*c. 58.*) Iudiciis a Q. Terentio praetore perfectis, Hostilius et Furius damnati praedes eodem die quaestoribus urbanis dederunt; Scipio cum contenderet omnem quam accepisset pecuniam in aerario esse, nec se quicquam publici habere, in uincula duci est coeptus. P. Scipio Nasica tribunos adpellauit orationemque habuit plenam ueris decoribus non communiter modo Corneliae gentis, sed proprie familiae suae. parentes suos et P. Africani ac L. Scipionis, qui in carcerem duceretur, fuisse Cn. et P. Scipiones, clarissimos uiros. eos, cum per aliquot annos in terra Hispania aduersus multos Poenorum Hispanorumque et duces et exercitus nominis Romani famam auxissent

non bello solum, sed quod Romanae temperantiae fideique specimen illis gentibus dedissent, ad extremum ambo pro re publica mortem occubuisse. cum illorum gloriam tueri posteris satis esset, P. Africanum tantum paternas superiecisse laudes, ut fidem fecerit, non sanguine humano sed 5 stirpe diuina satum se esse. L. Scipionem, de quo agatur, t ut quae in Hispania, quae in Africa, cum legatus fratris esset, gessisset, praetereantur, consulem et ab senatu dignum uisum, cui extra sortem Asia prouincia et bellum cum Antiocho rege decerneretur, et a fratre, cui post duos con- 10 sulatus censuramque et triumphum legatus in Asiam iret. ibi ne magnitudo et splendor legati laudibus consulis officeret, forte ita incidisse, ut, quo die ad Magnesiam signis conlatis L. Scipio Antiochum deuicisset, aeger P. Scipio Elaeae dierum aliquot uia abesset. non fuisse minorem 15 eum exercitum quam Hannibalis, cum quo in Africa esset pugnatum. Hannibalem eundem fuisse inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit. et bellum quidem ita gestum esse, ut ne fortunam quidem quisquam criminari possit: in pace crimen quaeri, eam dici uenisse. 20 hic decem legatos simul argui, quorum ex consilio data pax esset. quamquam exstitisse ex decem legatis qui Cn. Manlium accusarent, tamen non modo ad criminis fidem, sed ne ad moram quidem triumphi eam accusationem ualuisse. (*c. 59.*) at hercule in Scipione leges ipsas pacis, u ut nimium adcommodatas Antiocho, suspectas esse, integrum enim ei regnum relictum, omnia possidere eum uictum quae ante bellum eius fuerint, auri et argenti cum uim magnam habuisset, nihil in publicum relatum, omne in priuatum uersum. an praeter omnium oculos tantum 30 auri argentique in triumpho L. Scipionis, quantum non decem aliis triumphis, si omne in unum conferatur, est latum? nam quid de finibus regni dicam? Asiam omnem et proxima Europae tenuisse Antiochum. ea quanta regio orbis terrarum sit, a Tauro monte in Aegaeum usque pro- 35 minens mare, quot non urbes modo sed gentes amplectatur, omnes scire. hanc regionem dierum plus triginta in lon-

gitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem usque ad Tauri montis iuga Antiocho ademptam, expulso in ultimum angulum orbis terrarum. quid, si gratuita pax esset, plus adimi ei potuisse? Philippo uicto Macedoniam, Nabidi Lacedaemonem relictam nec Quinctio crimen quae- 5 situm: non enim habuisse eum Africanum fratrem, cuius, cum gloria prodesse L. Scipioni debuisset, inuidiam nocuisse. tantum auri argentique iudicatum esse in domum L. Scipionis inlatum, quantum uenditis omnibus bonis redigi non posset. id ubi ergo esse regium aurum, ubi tot hereditates 10 acceptas? in domo, quam sumptus non exhauserint, exstare debuisse nouae fortunae cumulum. at enim quod ex bonis redigi non possit, ex corpore et tergo per uexationem et contumelias L. Scipionis petituros inimicos, ut in carcere inter fures nocturnos et latrones uir clarissimus includatur, 15 et in robore et tenebris exspiret, deinde nudus ante carcerem proiciatur. non id Corneliae magis familiae quam v urbi Romanae fore erubescendum. (*c. 60.*) Aduersus ea Terentius praetor rogationem Petilliam et senatus consultum et iudicium de L. Scipione factum recitauit: se, ni 20 referatur pecunia in publicum quae iudicata sit, nihil habere quod faciat, nisi ut prendi damnatum et in uincula w duci iubeat. tribuni cum in consilium secessissent, paulo post C. Fannius ex sua collegarumque aliorum praeter Gracchum sententia pronuntiauit praetori non intercedere 25 x tribunos, quo minus sua potestate utatur. Ti. Gracchus ita decreuit, quo minus ex bonis L. Scipionis quod iudicatum sit redigatur, se non intercedere praetori: L. Scipionem, qui regem opulentissimum orbis terrarum deuicerit, imperium populi Romani propagauerit in ultimos terrarum 30 fines, regem Eumenem, Rhodios, alias tot Asiae urbes deuinxerit populi Romani beneficiis, plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit, non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem in carcere et in uinculis esse mittique eum se iubere. tanto adsensu auditum est 35 decretum, adeo dimissum Scipionem laeti homines uiderunt, ut uix in eadem ciuitate uideretur factum iudicium. in

bona deinde L. Scipionis possessum publice quaestores y praetor misit. neque in iis non modo uestigium ullum comparuit pecuniae regiae, sed nequaquam tantum redactum est quantae summae damnatus fuerat. conlata ea pecunia z a cognatis amicisque et clientibus est L. Scipioni, ut, si 5 acciperet eam, locupletior aliquanto esset, quam ante calamitatem fuerat. nihil accepit. quae necessaria ad cultum erant, redempta ei a proximis cognatis sunt. verteratque Scipionum inuidia in praetorem et consilium eius et accusatores. [= *Gell. VI 19, 8* Valerius autem Antias contra 10 hanc decretorum memoriam contraque auctoritates ueterum annalium post Africani mortem intercessionem istam pro Scipione Asiatico factam esse a Tiberio Gracccho dixit, neque multam irrogatam Scipioni, sed damnatum eum peculatus ob Antiochinam pecuniam, quia praedes non daret, 15 in carcerem duci coeptum atque ita intercedente Graccho exemptum.]

46. *Liu. XXXVIIII 22, 8* L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi uouisse sese dicebat, ex conlata ad id pecunia ab regibus ciuitatibusque per dies decem fecit. legatum eum post damnationem et bona uendita missum in Asiam ad dirimenda inter Antiochum et Eumenem reges certamina Valerius Antias est auctor; tum conlatas ei pecunias congregatosque per Asiam artifices, et quorum ludorum post bellum, in quo uotos diceret, mentionem non fecisset, de iis post legationem demum in senatu actum. — 186/568; 20; 25

47. *Liu. XXXVIIII 41, 5* Secundum comitia censorum consules praetoresque in prouincias profecti praeter Q. Naeuium, quem quattuor non minus menses, priusquam in Sardiniam iret, quaestiones ueneficii, quarum magnam partem extra urbem per municipia conciliabulaque habuit, quia ita aptius uisum erat, tenuerunt. si Antiati Valerio credere libet, ad duo milia hominum damnauit. — 184/570; 30

48. *Liu. XXXVIIII 43, 1* Valerius Antias, ut qui nec orationem Catonis legisset et fabulae tantum sine auctore editae credidisset, aliud argumentum, simile tamen et libi- — 184/570

dine et crudelitate peragit. Placentiae famosam mulierem, cuius amore deperiret [*L. Quinctius Flamininus*], in conuiuium accersitam scribit. ibi iactantem sese scorto inter cetera rettulisse, quam acriter quaestiones exercuisset et quam multos capitis damnatos in uinculis haberet, quos 5 securi percussurus esset. tum illam infra eum adcubantem negasse umquam uidisse quemquam securi ferientem et peruelle id uidere. hic indulgentem amatorem unum ex illis miseris adtrahi iussum securi percussisse. (*forsitan ex Liuio Plut. Flam. 18* Οὐαλλέριος δὲ Ἀντίας οὐκ ἐρω- 10 μένῳ φησὶν ἀλλ' ἐρωμένῃ τοῦτο χαρίσασθαι τὸν Λεύκιον.)

183/571 **49.** *Liu. XXXVIIII 56, 7* Hannibalem hoc anno Antias Valerius decessisse est auctor legatis ad eam rem ad Prusiam missis praeter T. Quinctium Flamininum, cuius in ea re celebre est nomen, L. Scipione Asiatico et P. Scipione 15 Nasica.

174/580 **50.** *Liu. XXXXI 27, 1* Censores eo anno creati Q. Fuluius Flaccus et A. Postumius Albinus legerunt senatum; princeps lectus M. Aemilius Lepidus, pontufex maximus. de senatu nouem eiecerunt. insignis notae fuerunt M. Cor- 20 neli Maluginensis, qui biennio ante praetor in Hispania fuerat, et L. Corneli Scipionis praetoris, cuius tum inter ciuis et peregrinos iuris dictio erat, et L. Fului, qui frater germanus et, ut Valerius Antias tradit, consors etiam censoris erat. 25

172/582 **51.** *Liu. XXXXII 11, 1* Attalum, regis Eumenis fratrem, legatum uenisse Romam Valerius Antias his consulibus [*C. Popillio P. Aelio Ligure*] scribit ad deferenda de Perseo crimina indicandosque apparatus belli. plurium annales et quibus credidisse malis, ipsum Eumenem uenisse 30 tradunt.

169/585 **52.** *Liu. XXXXIIII 13, 12* De Eumene rege longe diuersa tradunt. si Valerio Antiati credas, nec classe adiutum ab eo praetorem [*Marcium Figulum*] esse, cum saepe eum litteris accersisset, tradit, nec cum gratia ab consule 35 profectum in Asiam, indignatum, quod ut isdem castris tenderet permissum non fuerit. ne ut equites quidem Gallos,

quos secum adduxerat, relinqueret, impetrari ab eo potuisse. Attalum fratrem eius et remansisse apud consulem, et sinceram eius fidem aequali tenore egregiamque operam in eo bello [*Persico*] fuisse.

53. *Liu. XXXXV 40, 1* Summam omnis captiui auri argentique translati [*triumpho Persico*] *sestertium* milliens ducentiens fuisse Valerius Antias tradit, qua haud dubie maior aliquanto summa ex numero plaustrorum ponderibusque auri argenti generatim ab ipso scriptis efficitur. alterum tantum aut in bellum proxumum absumptum aut in fuga, cum Samothracen peteret, dissipatum tradunt, eoque id mirabilius erat, quod tantum pecuniae intra triginta annos post bellum Philippi cum Romanis partim ex fructu metallorum, partim ex uectigalibus aliis coaceruatum fuerat. 167/587 10 15

54. *Liu. XXXXV 43, 8* Sestertium ducentiens ex ea praeda [*Illyrica ab Anicio*] redactum esse auctor est Antias praeter aurum argentumque, quod in aerarium sit latum. quod quia unde redigi potuerit, non apparebat, auctorem pro re posui. 167/587 20

55. *Censorin. de d. n. 17, 11* De quartorum ludorum [*saecularium*] anno triplex opinio est. Antias enim et Varro Liuius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino M'. Manilio consulibus post Romam conditam anno DCV. (*cf. Pis. fr. 39. Cn. Gell. 28. Cass. 39.*) 149/605 25

56. *Oros. V 3, 2* Cum Metellus praetor Achaeos Boeotiosque coniunctos duobus bellis, hoc est primum apud Thermopylas, iterum in Phocide uicisset, quorum priore bello occisa esse uiginti milia, secundo septem milia caesa Claudius historicus refert, Valerius Antias in Achaia pugnatum et uiginti milia Achaeorum cum duce suo Diaeo cecidisse confirmat: — igitur post extincta totius Achaiae praesidia, destitutarum euersionem urbium Metello praetore meditante, consul Mummius repentinus cum paucis uenit in castra, qui dimisso statim Metello Corinthum sine mora expugnauit. (*cf. Claud. fr. 68.*) 146/608 30 35

EX LIBRO XXII

136/618 **57.** *Gell. VI 9, 12* Idem Probus Valerium Antiatem libro historiarum XXII 'speponderant' scripsisse adnotauit uerbaque eius haec posuit: Tiberius Gracchus, qui quaestor C. Mancino in Hispania fuerat, et ceteri qui pacem speponderant. 5

58. *Charis. II p. 208 K.* Idem [*Valerius Antias*] XXII: Quod nouissime nobiscum foedus fecissent.

EX LIBRO XXIIII

59. *Gell. I 7, 10* Item in Valerii Antiatis libro quarto uicesimo simili modo scriptum esse [*amicus quidam Gellii dixit*]: Si eae res diuinae factae recteque perlitatae essent, 10 haruspices dixerunt, omnia ex sententia processurum esse.

EX LIBRO XXXXV

60. *Gell. VI 9, 9* 'Peposci' quoque, non 'poposci' Valerius Antias libro annalium XLV scriptum reliquit: Denique Licinius tribunus plebi *propter* perduellionem ei diem dixit et comitiis diem a M. Marcio praetore peposcit. 15

EX LIBRO LXXIIII

61. *Prisc. VIIII p. 489 H.* Antias in LXXIIII: Eo omnes hostiae, uituli uiginti et septem coniecti, et ita omnia adulta sunt.

EX LIBRO LXXV

62. *Gell. VI 9, 17* Valerius Antias in libro historiarum LXXV uerba haec scripsit: Deinde funere locato 20 ad forum descendidit.

EX EIS LIBRIS QVI POST XXII ERANT

105/649 **63.** *Oros. V 16, 1* Anno ab urbe condita DCXLII Gaius Manlius consul et Q. Caepio pro consule aduersus Cimbros et Teutonas et Tigurinos et Ambronas, Gallorum [Germanorum] gentes, quae tunc, ut imperium Romanum 25 extinguerent, conspirauerant, missi prouincias sibi Rhodano

flumine medio diuiserunt. ubi dum inter se grauissima inuidia et contentione disceptant, cum magna ignominia et periculo Romani nominis uicti sunt, si quidem in ea pugna M. Aemilius consularis captus atque infectus est, duo filii consulis caesi; octoginta milia Romanorum sociorumque ea 5 tempestate trucidata, quadraginta milia calonum atque lixarum interfecta Antias scribit. ita ex omni penitus exercitu decem tantum modo homines, qui miserum nuntium ad augendas miserias reportarent, superfuisse referuntur.

64. *Plin. n. h. XXXIIII 14* Antias quidem [*auctor est*] heredes L. Crassi oratoris multa etiam triclinia aerata uendidisse. 91/663

INCERTAE SEDIS FRAGMENTVM

65. *Gell. V 21, 6* Velim doceas nos, cur 'pluria' siue 'compluria', nihil enim differt, non Latine sed barbare dixerint M. Cato, Q. Claudius, Valerius Antias, L. Aelius, 15 P. Nigidius, M. Varro, quos subscriptores approbatoresque huius uerbi habemus.

L. CORNELIVS SISENNA

TESTIMONIA

1. *Corp. inscr. lat. I p. 111 Ἐπὶ ὑπάτων Κοΐντου Λυτατίου Κοΐντου υἱοῦ Κάτλου καὶ Μάρκου Αἰμι[λίου Κοΐντου] υἱοῦ Μάρκου, υἱωνοῦ Λεπίδου [Λιπέδου* aes], *στρατηγοῦ δὲ* 20 *κατὰ πόλιν καὶ ἐπὶ τῶν ξένων Λευκίου Κορνηλίο[υ....... υἱοῦ] Σισέννα, μηνὸς Μαΐου. [a. 78. 676.] Cic. Cornel. p. 65 K.* Non Cn. Dolabella C. Volcatium, honestissimum uirum communi et quotidiano iure priuasset, non denique homo illorum et uita et prudentia longe dissimilis, sed tamen nimis 25 iu gratificando iure liber, L. Sisenna, bonorum Cn. Corneli possessionem ex edicto suo L. Scipioni, adulescenti summa nobilitate, eximia uirtute praedito, non dedisset. *ad quem locum Asconius haec adnotauit (p. 66)*: Hoc solum hic adnotandum est hunc esse L. Sisennam qui res Romanas 30 scripsit.

2. *Vell. II 9, 1* Eodem tractu temporum [*bellorum Cimbrorum Teutonorumque*] nituerunt oratores Scipio Aemilianus Laeliusque, Ser. Galba, duo Gracchi, C. Fannius, Carbo Papirius. — Historiarum auctor iam tum Sisenna erat iuuenis; sed opus belli ciuilis Sullanique post aliquot annos 5
ab eo seniore editum est. *cf. Lucull. test. 2.*

3. *Cic. Verr. IV 15, 33* Apud L. Sisennam, uirum primarium. *IV, 20, 43* L. Sisenna defensore tuo.

4. *Cass. Dio XXXVI 1* Καὶ Κορνήλιος Σισέννας, ὁ τῆς Ἑλλάδος ἄρχων, ἦλθε μὲν ἐς τὴν Κρήτην, ὡς ταῦτ' ἐπύθετο, 10
καὶ παρήνεσε τῷ Μετέλλῳ φείσασθαι τῶν δήμων, οὐ μέντοι καὶ ἀντέπραξέ τι μὴ πείσας. — ἀγανακτήσας οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ Ὀκταούιος οὐκέθ' ἡσύχασεν, ἀλλὰ πρότερον μὲν τῷ τοῦ Σισέννου στρατῷ, νοσήσας γὰρ ἐκεῖνος ἐτεθνήκει, χρώμενος ἐπεβοήθει. (*a. 67. 687.*) 15

5. *Sall. Iug. 95, 2* Neque enim alio loco de Sullae rebus dicturi sumus, et L. Sisenna optume et diligentissume omnium qui eas res dixere persecutus parum mihi libero ore locutus uidetur.

6. *Cic. Brut. 64, 228* Inferioris autem aetatis erat proxu- 20
mus L. Sisenna, doctus uir et studiis optumis deditus, bene Latine loquens, gnarus rei publicae, non sine facetiis, sed neque laboris multi nec satis uersatus in causis, interiectusque inter duas aetates Hortensi et Sulpici nec maiorem consequi poterat et minori necesse erat cedere. Huius 25
omnis facultas ex historia ipsius perspici potest, quae cum facile omnis uincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo, quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis Latinis litteris illustratum. *de legg. I 2, 7* Sisenna, eius [*Licinii Macri*] amicus, omnes adhuc nostros 30
scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superauit. is tamen neque orator in numero uestro umquam est habitus et in historia puerile quiddam consectatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse uideatur, eum tamen 35

uelle dumtaxat imitari: quem si adsequi posset, aliquantum ab optumo tamen abesset.

7. *Cic. Brut. 74, 259* Sisenna autem quasi emendator sermonis usitati cum esse uellet, ne a C. Rusio quidem accusatore deterreri potuit quo minus inusitatis uerbis 5 uteretur. *Tac. dial. 23* Vobis utique uersantur ante oculos isti, — quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Seruilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet.

8. *Front. ep. ad Ver. I 1 p. 114 N.* Historiam — scribsere — Sisenna longinque. 10

9. *Ovid. trist. II 443* Vertit Aristiden Sisenna, nec obfuit illi historiae turpes inseruisse iocos. *Front. ad Caes. IV 3 p. 62 N.* Nam praeter hos partim scriptorum animaduertas particulatim elegantis Nouium et Pomponium et id genus in uerbis rusticanis et iocularibus et ridiculariis, Attam in 15 muliebribus, Sisennam in lasciuiis, Lucilium in cuiusque artis ac negotii propriis.

10. *Gell. XVI 9, 5* M. Varro in Sisenna uel de historia.

HISTORIARVM FRAGMENTA

EX LIBRO I

1*. *Seru. ad Verg. Aen. I 242* Hi — duo [*Aeneas et* 20 *Antenor*] Troiam prodidisse dicuntur secundum Liuium [*I 1*] —. Sisenna tamen dicit, solum Antenorem prodidisse. — ob hoc autem creditur Graecis Antenor patriam prodidisse, quia sicut superius dictum est, et auctor reddendae Helenes fuit et legatos, qui propter Helenam uenerant, 25 suscepit hospitio, et Vlixen in mendici habitu agnitum non prodidit.

2*. *Seru. ad Verg. Aen. XI 316* Vnde sequenda est potius Liuii [*I 1*], Sisennae et Catonis [*fr. 8*] auctoritas. Nam paene omnes antiquae historiae scriptores in hoc con- 30 sentiunt. Cato enim in originibus dicit, Troianos a Latino accepisse agrum, qui est inter Laurentum et castra Troiana.

3*. *Non. s. u. iuxtim p. 127* Sisenna ab urbe condita: Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. [*Aeneas?*]

4*. *Seru. ad Verg. Aen. I 108* Haec autem saxa inter Africam, Siciliam et Sardiniam et Italiam sunt, quae saxa ob hoc Itali aras uocant, quod ibi Afri et Romani foedus inierunt et fines imperii sui illic esse uoluerunt. — quae arae a Sisenna propitiae uocantur. 5

90/664 **5*.** *Cicer. de diuin. I 44, 99* Caeciliae Q. filiae somnio modo Marsico bello templum est a senatu Iunoni Sospitae restitutum. Quod quidem somnium Sisenna cum disputauisset mirifice ad uerbum cum re conuenisse, tum insolenter, credo ab Epicureo aliquo inductus, disputat somniis credi 10 non oportere. idem contra ostenta nihil disputat exponitque, initio belli Marsici et deorum simulacra sudauisse et sanguinem fluxisse et discessisse caelum et ex occulto auditas esse uoces, quae pericula belli nuntiarent, et Lanuuii clipeos, quod haruspicibus tristissumum uisum esset, a 15 muribus esse derosos.

6. *Non. s. u. protinus p. 376* Sisenna historiae lib. I: Nocte consumpta postero die per incertas uias Aeserniam, inde Romam protinus profugerant.

EX LIBRO II

7. *Macrob. sat. VI 4, 15* Sed et Sisenna in secundo 20 dixit: Et Marsi propius succedunt atque ita scutis proiectis tecti saxa certatim † lenta manibus coniciunt in hostes.

8. Et in eodem: Vetus atque ingens erat arbor ilex, quae circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat. 25

9. *Non. s. u. remulcare p. 57* Sisenna historiae lib. II: Si quae celeriter solui poterat, in altum remulco retrahit.

EX LIBRO III

10. *Non. [s. u. nolitote] p. 480* Sisenna historiarum lib. III: Nolitote mirare, quam desperata uoluntate ad unam belli faciendi uiam 30

11. *Non. s. u. imbrices p. 125* Sisenna historiarum libro III: Dissipatis imbricum fragminibus ac testis tegularum.

12. *Non. s. u. sagum p. 538* Sisenna histor. lib. III: Senatus auctoritate sagaria nunc.

13. *Non. s. u. mittere p. 348* Sisenna hist. lib. III: Mulierem missa fide ac pietate propter amoris nefarii lubidinem extitisse. 5

14. *Non. s. u. agilem p. 58* Sisenna historiarum libro III: Agilem dari facilemque uictoriam neque fossas aut uallum remoraturum.

15. *Non. s. u. apertum p. 236* Sisenna historiarum libro III: Adoriuntur auersos ut apertis lateribus. 10

16. *Non. s. u. adesum p. 70* Sisenna historiarum libro III: Isdem temporibus Aesernini duplici fossa ualloque circumdati frumento adeso, quod ex areis in oppidum portatum est, ...

17. *Non. s. u. senati uel senatuis p. 484* Sisenna 15 histor. lib. III: Lucius Calpurnius Piso ex senati consulto duas nouas tribus...

18. *Non. s. u. multifariam p. 141* Sisenna historiarum libro III: Quod loca palustria . . . . . que erant et alte multifariam confossa. 20

19. *Non. s. u. funditores p. 553* Sisenna hist. lib. III: Ac post armatos funditores et sagittarios ponit.

20. *Non. s. u. manipuli p. 556* Sisenna historiarum lib. III: † Conmutus tamen et tempora singula cõstituit et, sicut steterat, manipulos obuerti iussit. 25

21. *Non. s. u. sparus p. 555* Sisenna histor. lib. III: Sparis ac lanceis eminus peterent hostes.

22. *Non. s. u. propter p. 367* Sisenna historiarum lib. III: Partem cohortium propter mare collocat in litore.

23. *Non. s. u. tela p. 448* Sisenna historiarum lib. III: 30 Manualis lapides dispertit, propterea quod is ager omnis eius modi telis indigebat.

24. *Non. s. u. maceriae p. 141* Sisenna historiarum libro III: Post uillarum macerias ac parietinas quinque cohortis in insidiis reliquit. 35

25. *Non. s. u. praestolari p. 161* Sisenna historiarum libro III: Occulte tacitique aduenientiam cohortium praestolari occipiunt.

26. *Non. s. u. soni p. 491* Sisenna histor. lib. III: Postquam sonu signorum proelium magno cum clamore uirorum commissum est. 5

27. *Non. s. u. protelare p. 363* Sisenna hist. lib. III: Romanos inpetu suo protelant, protelatos persecuntur.

28. *Non. s. u. certatim p. 516* Sisenna histor. lib. III: Atque armis de uita certatim dimicare nitebatur. 10

29. *Non. s. u. materes p. 556* Sisenna histor. lib. III: Galli materibus aut lanceis configunt.

30. *Non. datiuus pro abl. p. 502* Sisenna historiarum lib. III: Ali saltu ac uelocitate certare.

31. *Non. s. u. manipulatim p. 141* Sisenna historiarum libro III: Requiescendi spatium nacti, cum densiores manipulatim resistere hostibus instituissent, ... 15

32. *Non. s. u. permittere p. 162* Sisenna historiarum libro III: Et inde ecum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. 20

33. *Non. s. u. congenulare p. 57* Sisenna historiarum libro III: Multi plagis aduersis icti et congenuclati Romanis praecipitatis † ipsi supra uoluit in caput.

34. *Non. s. u. mandare p. 135* Sisenna historiae libro III: Post principia paulatim recedunt atque inde cum paucis fugae se mandant. 25

35. *Non. s. u. dispalare p. 101* Sisenna historiarum libro III: Dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati.

36. *Non. s. u. binum milium numero p. 80* Sisenna historiarum libro III: Ad binum milium numero sauciis utrimque factis. 30

37. *Non. s. u. inermis pro inermibus p. 492* Sisenna histor. lib. III: Plerique inermi in castra perfugiunt.

38. *Non. s. u. lembus p. 534* Sisenna histor. lib. III: Otacilium legatum cum scaphis ac lembis. 35

39. *Non. s. u. actuariae p. 535 et s. u. onerariae p. 536*

Sisenna hist. lib. III: Quibus occisis actuarias ad uiginti nauis, item complures onerarias incendunt.

40. *Non. s. u. catapulta p. 552* Sisenna histor. lib. III: Praeterea catapultas sedecim, quattuor ballistas, uiginti plaustra scorpiis ac minoribus sagittis onusta. 5

41. *Non. s. u. scorpio p. 553* Sisenna hist. lib. III: Longius scorpios catapulta concitos.

42. *Non. nominat. pro abl. p. 502* Sisenna historiarum lib. III: Omnia quae diximus loca statim potitus.

43. *Non. s. u. in populum p. 130* Sisenna historiarum 10 libro III: Seruulum eius praemio libertatis inductum magno cum tumultu conuentum in populum produxit armatum.

44. *Non. s. u. callet p. 258* Sisenna historiarum libro III: Lucium Memmium, socerum Gai Scriboni, tribunum plebis, quem Marci Liui consiliarium fuisse callebant et 15 tunc Curionis oratorem.

45. *Non. s. u. proprium p. 361* Sisenna historiarum lib. III: Tum subito tacuit atque in metu et suspicione propriam capere non potuerat quietem.

46. *Non. s. u. indulgitate p. 126* Sisenna historiarum 20 libro III: Bassus assiduitate indulgitate uictus.

47. *Non. s. u. uicatim p. 188* Sisenna historiarum libro III: Cum complures menses barba immissa et intonso capillo, lugubri uestitu, populum uicatim flens una cum liberis circumiret. (= *Non. p. 130 s. u. inmissum:* Cum — 25 capillo.)

48. *Non. s. u. uulgus p. 230* Sisenna historiarum libro III: Imperitum concitat uulgum.

49. *Non. s. u. claritudo p. 82* Sisenna historiae libro III: Quod fortassean ex uoluntate sua summa cum clari- 30 tudine celeriter confecisset.

50. *Non. s. u. inpotentiam p. 527* Sisenna histor. lib. III: Sublatus laetitia nimia atque inpotentia conmotus animi.

EX LIBRO IIII

51. *Non. s. u. protinus p. 376* Idem [*Sisenna*] lib. IIII: Castra de planitie conuertit in montes, ut † crebro fer- 35

culis protinus procedundo posset intra fines Aesculapiorum peruenire.

52. *Non. s. u. testudines p. 58* Sisenna historiarum libro IIII: Gaius Titinius quidam, cui † minus proprietas menis ab natura tradita uideretur, primo ante testudinem 5 constitit; deinde aput consulem caussam atque excusationem praeferre coepit.

53. *Non. s. u. fluuius — feminini p. 207* Sisenna historiarum libro IIII: Quod oppidum tumulo in excelso loco propter mare paruis moenibus inter duas fluuias infra 10 Vessuuium conlocatum.

54. Idem eodem: Transgressus fluuium, quae secundum Herculaneum ad mare perfluebat.

55. *Gell. XI 15, 7* Sisenna in quarto historiarum eiusdem figurae uerbo ita usus est: Populabundus, inquit, 15 agros ad oppidum peruenit.

56. *Non. s. a. populat p. 471* Sisenna histor. lib. IIII: Protinus agros populabundus ad Nuceriam conuertit.

57. *Non. s. u. discedere p. 99* Sisenna historiarum libro IIII: Armati dextera ducti magisque in latitudinem 20 discedunt.

58. *Non. s. u. constat p. 273* Sisenna hist. lib. IIII: Multitudinem procul hostium constare uiderunt.

59. *Non. s. u. finis p. 205* Sisenna historiarum libro IIII: Et prope mediam ad finem ripae peruenerant. 25

60. *Non. s. u. fera uite p. 113* Sisenna historiarum libro IIII: Et partim fera uite, partim lauro et arbusto ac multa pino ac myrtetis abundant.

61. *Non. s. u. carra p. 195* Sisenna historiarum libro IIII: Impedimentum collocant omne, construunt carros et 30 sarraca crebra disponunt.

62. *Non. s. u. conuenire p. 263* Sisenna historiarum libro IIII: Signum nanctus a Papio, quod inter eos tolli conneuerat.

63. *Non. s. u. componere p. 257* Sisenna historiarum 35 lib. IIII: Exercitum dispertiunt, ad confligendum se comparant.

64. *Non. s. u. crepare p. 255* Sisenna historiarum libro IIII: Conglobati et collecti concrepant armis.

65. *Non. s. u. festinatim p. 514* Sisenna histor. lib. IIII: Praetor festinatim de castellis ad castra maxima peditis conducit. 5

66. *Non. s. u. exinanita p. 107* Sisenna historiarum libro IIII: Denique exinanitis castris Romani, qui clauso se loco potuerant expedire, ...

67. *Non. s. u. proprium p. 361* Sisenna historiae lib. IIII: Victoribus proprie spem, uictis aduersae fortunae 10 maiorem formidinem obiecit.

68. *Non. s. u. insinuari p. 58* Sisenna historiarum libro IIII: Agmen perturbatum peditis insinuant ac loco commouent.

69. *Non. s. u. protelare p. 363* Sisenna hist. lib. IIII: 15 Duae cohortes de subsidio procedunt atque equites protelant.

70. *Non. s. u. certamen p. 195* Sisenna historiarum libro IIII: Iaculis celeriter consumptis ad gladios certationem reuocauerunt.

71. *Non. s. u. materes p. 556* Idem [*Sisenna*] lib. IIII: 20 Galli materibus aut lanceis tamen medium perturbant agmen.

72. *Non. s. u. molimentum p. 142* Sisenna historiarum libro IIII: Contra magno cum molimento ac perpetuo sonu procedunt.

73. *Non. s. u. expediti p. 58* Sisenna historiae libro 25 IIII: Inermos armati, impeditos expediti sine ullo suorum uulnere cunctos interficiunt.

74. *Non. s. u. amolimini p. 73* Sisenna historiae libro IIII: Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur. (= *gloss. Verg. ap. Lion. II p. 373 sq.*) 30

75. *Non. s. u. dubitatim p. 98* Sisenna historiarum libro IIII: Quod hostem non dubitatim cum pluteis ac scalis iter facere cernebat.

76. *Non. s. u. pecua et pecuda p. 159* Sisenna historiarum libro IIII: Iumenta pecuda locis trepidare com- 35 pluribus.

77. *Non. s. u. conducere p. 274* Sisenna historiarum

lib. IIII: Quid *in* rem publicam suam maxume conducere uideretur.

78. *Non. s. u. ciuitas p. 429* Sisenna hist. lib. IIII: Denique cum uariis uoluntatibus incerta ciuitas trepidaret.

79. *Non. s. u. caementa p. 92* Sisenna historiae libro IIII: Formidine oppressus, quod humilem caementis instructum oppidi murum sciebat. 5

80. *Non. s. u. secus p. 222* Sisenna hist. libro IIII: Tum in muro uirile ac muliebre secus populi multitudine omni collocata. 10

81. *Non. s. u. cataphractae p. 556* Sisenna histor. lib. IIII: Custodiae in muro statuuntur cataphractarum.

82. *Non. s. u. falces p. 556* Sisenna histor. lib. IIII: Falces iniectas comminuunt, pluteos propius collocatis harpagis deiciunt. 15

83. *Non. s. u. malleoli p. 556* Sisenna histor. lib. IIII: De quibus partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra uallum frequentes . . . . .

84. *Non. s. u. expedire p. 296* Sisenna historiarum libro IIII: Funis expediunt, claustra foribus imposita periclitantur. 20

85. *Non. s. u. permittere p. 162* Idem [*Sisenna*] libro IIII: Multi praemissis armis ex summo se permitterent.

86. *Non. s. u. foramen p. 113* Sisenna historiarum libro IIII: Neque porta neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri. 25

87. *Non. s. u. euadere p. 294* Sisenna historiarum lib. IIII: Cohors una passu concitata, qua murus erat interruptus, euadit.

88. *Non. s. u. cogere p. 264* Sisenna historiarum libro IIII: Summoti et intra moenia rursum coacti. 30

89. *Non. s. u. integrare p. 127* Sisenna historiarum libro IIII: Vltro citroque integrant in oppido caedem.

90. *Non. s. u. contendere p. 258* Sisenna hist. lib. IIII: Simul et tormenta contenduntur. 35

91. *Non. s. u. periculum p. 364* Sisenna hist. lib. IIII:

Periclitantur tormenta ac tela multaque genera machinamentorum.

92. *Non. s. u. ballistae p. 555* Sisenna histor. lib. IIII: Ballistas quattuor talentarias.

93. *Non. s. u. concubia nocte p. 91* Sisenna histor. lib. IIII: Ipsi legati concubia nocte oppido digressi iam sub hostium munitionem succedunt. 5

94. *Non. s. u. apisci p. 68* Sisenna historiographus libro IIII: Itaque postero die legatos Iguuium redeuntis apiscitur. 10

95. *Non. s. u. proicere p. 162* Sisenna historiarum libro IIII: Tum postquam apud Iguuinos ac Perusinos eius facti mentionem proiecit.

96. *Non. s. u. subigere p. 400* Sisenna hist. lib. IIII: Terrore perturbatam multitudinem subigunt. 15

97. *Non. s. u. deducere p. 289* Sisenna historiarum lib. IIII: Ab armis recedere, praesidia de locis deducere.

98. *Non. s. u. necessitudo p. 354* Sisenna hist. lib. IIII: Id me neque metu neque calamitatis necessitudine inductum facere. 20

99. *Non. s. u. uer sacrum p. 522* Sed Sisenna religiosum dicit histor. lib. IIII: Quondam Sabini feruntur uouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se uer sacrum facturos.

100. *Non. s. u. damnare p. 277* Sisenna historiarum lib. IIII: Quo uoto damnati fetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse. 25

101. *Non. s. u. abunde p. 516* Sisenna histor. lib. IIII: Profuse atque abunde semper usi magnum pondus auri argentique. 30

102. *Non. s. u. opinio p. 356* Sisenna hist. lib. IIII: Popaedius opinione frustrata . . . .

103. *Non. s. u. labra p. 449* Sisenna histor. lib. IIII: Innoxios trementibus artubus repente extrahit atque in labro summo fluminis, caelo albente . . . . (*cf. Quint. VIII 3, 35.*) 35

104. *Non. s. u. caecum p. 449* Sisenna histor. lib. IIII:

Subito mare persubhorrescere caecosque fluctus in se prouoluere leniter occepit. (= *Non. s. u. horrendum p. 423:* Subito — prouoluere.)

105. *Non. s. u. faselus p. 534* Sisenna histor. lib. IIII: Prores actuariae tragi grandes ac faseli primo. 5

106. *Non. s. u. myoparo p. 534* Sisenna histor. lib. IIII: Nauisque triginta biremis, totidem myoparonas.

107. *Non. s. u. centones p. 91* Sisenna historiarum libro IIII: Puppis aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur. 10

108. *Non. s. u. supersedere p. 40* Sisenna historiarum libro IIII: De uirtute eorum accusanda proloqui supersederunt.

109. *Non. s. u. longe p. 339* Sisenna histor. lib. IIII: Egregias et longe praestantis ac timendas aduersariorum 15 opes esse.

110. *Non. s. u. enixim p. 107* Sisenna historiarum libro IIII: Ego illos malos et audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio. 20

111. *Non. s. u. comparare p. 256* Sisenna historiarum lib. IIII: Eos, qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparauerunt, ...

112. *Non. accus. num. sing. pro gen. pl. p. 495* Sisenna histor. lib. IIII: Qui tamen, quibus † laetibus foedera 25 maiorum suum dissoluta . . . .

113. *Non. s. u. illex p. 10* Sisenna hist. libro IIII: Armis equis commeatibus nos magis iuuerunt exleges: et minus honore dignos putabitis?

114. *Non. s. u. nex p. 145* Sisenna historiarum libro 30 IIII: Quoniam neque mea nex neque intercessio posse uidetur illorum dementem reprimere audaciam.

115. *Non. s. u. granditatem p. 115* Sisenna historiarum libro IIII: Neque aetatis granditatem neque ea merita neque ordinis honestatem aut dignitatem sibi esse excusationi. 35

116. *Non. s. u. apud p. 68* Sisenna historiographus

libro IIII: Dum pristinum uinum apud ignem per sudorem corpore exhauserunt.

117. *Non. s. u. praefestinatim p. 161* Sisenna historiarum libro IIII: Idemque perseuerauerunt, uti lex perueniret ad quaestorem ac iudices quos uellent instituerent prae- 5 festinatim et cupide.

118. *Non. s. u. cistas p. 91* Sisenna historiae libro IIII: Cistasque, quae erant legum ferendarum gratia paratae, deiecerant.

119. *Non. s. u. iusso p. 130* Sisenna historiarum libro 10 IIII: Tamen Tudertibus senati consulto et populi iussu dat ciuitatem.

120. *Non. s. u. ergo p. 107* Sisenna historiarum lib. IIII: Milites, ut lex Calpurnia concesserat, uirtutis ergo ciuitate donari. 15

121. *Non. s. u. silentium p. 449* Sisenna histor. lib. IIII: Silentium oritur.

122. *Non. s. u. crebritudinem p. 91* Sisenna historiae libro IIII: Nam clandestina celeriter transigi, apud notos cogitata dici decet, non explanari. 20

123. *Non. s. u. laetare et laetiscere p. 133* Sisenna libro IIII: Vtrumne diui cultu erga se mortalium laetiscant an superna agentes humana neglegant.

124*. *Fest. p. 333 s. u. scrupi M.* Corne[*lius Sisenna histor. lib.*] IIII: His tum iniect[*us est leuis scrupulus*] et 25 quaedam dubitatio.

EX LIBRO VI

88/666

125. *Non. s. u. continuare p. 93* Sisenna historiarum libro VI: Marius ostio Liris euehitur adque Aenariam suos 30 continuatur.

126. *Gell. XII 15, 2* Reliqua in historiarum [*Sisennae*] sexto sic scribta sunt: Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit. (*ex Gellio Nonius s. u. celeratim p. 87.*)

127. Item alio in loco: Nos una aestate in Asia et 35 Graecia gesta literis idcirco continentia mandauimus, ne uellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impe-

diremus. (*ex Gellio Non. s. u. saltuatim p. 168 et s. u. uellicatim 187.*)

128. *Gell. VIIII 14, 12* Sisenna in historiarum libro VI: Romanos inferendae pernicii causa uenisse. (*ex Gellio Non. s. u. pernici p. 486.*) 5

87/667 **129.** *Tacit. hist. III 51* Proelio, quo aput Ianiculum aduersus Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore se ipsum interfecit, ut Sisenna memorat.

EX LIBRO VIIII

130. *Non. s. u. stare p. 392* Sisenna lib. VIIII: Caelum 10 caligine stat.

EX LIBRO XII

131. *Priscian. VI p. 264 H.* Sisenna in XII historiarum: Procul sibilu significare consuli coepit.

EX LIBRO XXIII

(82/672) **132.** *Non. s. u. suffragantur p. 468* Sisenna histor. lib. XXIII: Multi populi, plurimae contionis dictaturam 15 omnibus animis et studiis suffragauerunt.

INCERTA EX HISTORIIS

133. *Lyd. de mag. III 74 F. 269 Bk.* *Πρὸς Πεσινοῦντι, πόλει τῆς Γαλατίας (οὕτω δὲ τὸ χωρίον ὀνομασθῆναι συμβέβηκεν ἐκ τοῦ πεσεῖν ἀπείρους ἐκεῖ Γαλατῶν τῶν περὶ Ῥοδανὸν ἐπιπεσόντων τῇ χώρᾳ Βρέννου ἡγησαμένου καὶ τὴν* 20 *ὁμώνυμον αὐτοῖς χώραν ἐκδικεῖν βιαζομένων, ὡς Φενεστέλλας καὶ Σισένας οἱ Ῥωμαῖοι φασιν, ὧν τὰς χρήσεις ὁ Βάρρων ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνήγαγεν· ἐγὼ δὲ τὰς βίβλους οὔπω τεθέαμαι) ἐκεῖ τοίνυν τέμενος ἦν κ. τ. λ.*

134. *Non. s. u. dispalare p. 101* Idem [*Sisenna*]: Tanto 25 plures passim dispalantur.

135. *Non. nominat. pro abl. p. 502* Idem [*Sisenna*]: Hostis loca superiora potiti.

136. *Non. s. u. senati et senatuis p. 484* Idem [*Sisenna*]: Simul et senatuis consultis clarissimis amplificati.

137. *Gell. XII 15, 1* Cum lectitaremus historiam Sisennae adsidue, huiuscemodi figurae aduerbia in oratione eius animaduertimus, cuimodi sunt haec: Cursim, properatim, celatim, uellicatim, saltuatim. Ex quibus duo prima, quia sunt notiora, exemplis non indigebant. (*seq. fr. 126.*) 5

INCERTA EX QVIBVS SCRIPTIS

1. *Prisc. VIII p. 385 H.* Sisenna: Vitam cum dolore et insigni cruciatu carnificatus amisit.

2. *Priscian. X p. 546 H.* Sisenna: Sic in eam paludem multi piscium salliendorum causa a nauibus semionustis commeant. 10

3. *Paul. s. u. mediterream p. 123 M.* Mediterream melius quam mediterraneam Sisenna dici putat.

4. *Cynthius in Verg. Aen. I 636 (ap. Mai. class. auct. VII 359)* Apud Sallustium et Sisennam inuenitur die in datiuo. 15

IVNIVS CONGVS

TESTIMONIA

1. *Cic. de orat. I 60, 256 (ubi Antonium a. 91. 663 loquentem facit)* Reliqua uero etiamsi adiuuant, historiam dico et prudentiam iuris publici et antiquitatis † iter et exemplorum copiam, si quando opus erit, a uiro optimo et istis rebus instructissimo, familiari meo Congo mutuabor. *pro Planc. 24, 58 (a. 54. 700)* In quo, Cassi, si tibi ita respondeam, nescisse id populum Romanum neque fuisse qui id nobis narraret, praesertim mortuo Congo, non, ut opinor, admirere, cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis me hic id ex te primum audisse confitear. *Ad quem locum in schol. Bob. (p. 264 O.) haec adnotata sunt:* . . . . . igitur in Cassium facta M. Tullius negat, populum, id est uulgus imperitorum, iudicare penitus de familiae clarioris nobilitate potuisse, ut nonnisi peritiores 20 25 30

uetustatis et qui antiquitatem per historias legerint, haec scire facillime possint. atque ideo mentionem Congi uidetur interposuisse, qui per illud tempus decesserat, homo curiosus et diligens eruendae uetustatis. nam historicus . . . .

2. *Plin. n. h. praef. 7* Praeterea est quaedam publica etiam eruditorum reiectio. utitur illa et M. Tullius extra omnem ingenii aleam positus, et (quod miremur) per aduocatum defenditur: 'nec doctissimis. Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum uolo', quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum, dicendum sibi putauit, si Cicero mutuandum, praesertim cum de re publica scriberet, quanto uos causatius ab aliquo iudice defendimus?

C. LICINIVS MACER

TESTIMONIA

1. *A. 73. 681 tribunus plebis; cum uir praetorius esset, a. 66. 688 a Cicerone repetundarum in ius uocatus ipse se interfecit.*

2. *Dion. I 7 Τὰ δ' ἐκ τῶν ἱστοριῶν ἀναλεξάμενος, ἃς οἱ πρὸς αὐτῶν ἐπαινούμενοι Ῥωμαίων συνέγραψαν, — καὶ Λικίννιος Μάκερ κ. τ. λ. uid. Caton. orig. test. 1.*

3. *Cicer. Brut. 67, 238* C. Macer auctoritate semper eguit, sed fuit patronus propemodum diligentissimus. huius si uita, si mores, si uultus denique non omnem commendationem ingeni euerteret, maius nomen in patronis fuisset. non erat abundans, non inops tamen, non ualde nitens, non plane horrida oratio; uox, gestus et omnis actio sine lepore; at in inueniendis componendisque rebus mira accuratio, ut non facile in ullo diligentiorem maioremque cognouerim, sed eam, ut citius ueteratoriam quam oratoriam diceres. his etsi etiam in publicis causis probabatur, tamen in priuatis illustriorem obtinebat locum. *de legg. I 2, 7* Nam quid Macrum numerem? cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia sed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multas ineptias, elatio summam inpudentiam.

4. *uid. fr. 13* Licinius Macer auctor est et in foedere Ardeatino et in linteis libris ad Monetae inuenta (nomina consulum). *14. 15* quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat itentidem auctores. — *fr. 11 (ap. Dion. Hal.) Λικίννιος μὲν γὰρ καὶ οἱ περὶ Γέλλιον οὐδὲν ἐξη-* 5 *τακότες οὔτε τῶν εἰκότων οὔτε τῶν δυνατῶν. fr. 12 οὐθὲν ἐξητακότες τῶν περὶ τοὺς χρόνους ἀκριβῶς, ὡς αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον, ἀλλ' εἰκῇ τὸ προστυχὸν ἀποφαινόμενοι. fr. 8.*

[5. *Licinius Macer a Plinio in indice inter auctores nominatur lib. XIX. XXI. XXII. XXVIII—XXX. XXXII.*] 10

ANNALIVM FRAGMENTA

EX LIBRO I

1. *Macrob. sat. I 10, 17* Macer historiarum libro primo Faustuli coniugem Accam Larentiam Romuli et Remi nutricem fuisse confirmat. hanc regnante Romulo Tarutio cuidam, Tusco diuiti, denuptam auctamque hereditate uiri, quam post Romulo, quem educasset, reliquit, et ab eo 15 parentalia diemque festum causa pietatis statutum. (*ex Macrob. gloss. m. scr. ap. Bakium ad Cic. de legg. I 2, 7. — cf. Cat. fr. 16. Val. Ant. fr. 1.*)

2*. *Ioann. Mal. chron. VII p. 179 Dind. Τούτου οὖν ἕνεκεν ὁ Ῥῶμος ἐπενόησε τὰ λεγόμενα Βρουμάλια, εἰρηκώς,* 20 *φησίν, ἀναγκαῖον εἶναι τὸ τρέφειν τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον πᾶσαν καὶ τοὺς ἐν ἀξίᾳ καὶ πάσας τὰς ἔνδον τοῦ παλατίου οὔσας στρατιάς, ὡς ἐντίμους, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ χειμῶνος, ὅτε τὰ πολεμικὰ ἔνδοσιν ἔχει. καὶ ἤρξατο πρώτους καλεῖν καὶ τρέφειν τοὺς ἀπὸ τοῦ ἄλφα* 25 *ἔχοντας τὸ ὄνομα καὶ λοιπὸν ἀκολούθως ἕως τοῦ τελευταίου γράμματος, κελεύσας καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον θρέψαι τῷ αὐτῷ σχήματι. καὶ ἔθρεψαν καὶ αὐτοὶ τὸν στρατὸν ἅπαντα καὶ οὓς ἐβούλοντο. οἱ οὖν ἑκάστου ἀριθμοῦ πανδοῦροι ἀπὸ ἑσπέρας ἀπιόντες εἰς τοὺς οἴκους τῶν καλεσάντων αὐτοὺς* 30 *ἐπ' ἀρίστῳ εἰς τὴν ἑξῆς ηὔλουν πρὸς τὸ γνῶναι ἐκεῖνον, ὅτι παρ' αὐτῷ τρέφονται αὔριον. καὶ κατέσχε τὸ ἔθος τῶν*

Βρουμαλίων ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ ἕως τῆς νῦν. τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ αὐτὸς Ῥῶμος, θέλων ἐξαλεῖψαι τὴν ἑαυτοῦ ὕβριν, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐχθροὶ αὐτοῦ ὄντες καὶ μισοῦντες αὐτὸν καὶ λοιδοροῦντες ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν βασιλεῦσαι ἐνυβρισμένον ὄντα, διότι ἐξ ἀλλοτρίων ἐτράφησαν οἱ δύο 5 *ἀδελφοί, ἕως οὗ τελείας ἡλικίας ἐγένοντο καὶ ἐβασίλευσαν, σημαίνοντες ὅτι ὑπὸ τοῦ Φαύστου τοῦ γεωργοῦ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λυκαίνης ἐτράφησαν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐσθίοντες, ὡς προγέγραπται· ὄνειδος γὰρ ὑπῆρχε παρὰ Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις ποτὲ τὸ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τρέφεσθαί τινα.* 10 *ὅθεν καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις τοῖς λεγομένοις φιλικοῖς ἕκαστος τῶν συνερχομένων εἰς τὸ συμπόσιον τὸ ἴδιον αὐτοῦ βρῶμα καὶ πόμα μεθ' ἑαυτοῦ κομίζει καὶ εἰς τὸ κοινὸν πάντα παρατίθεται καὶ ἐσθίουσι κρατήσαντες τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἕως τῆς νῦν, τὸ μὴ ἀκούειν ἀλλοτριοφάγοι. τούτου χάριν ἐπε-* 15 *νόησε τοῦτο ὁ αὐτὸς Ῥῶμος πρὸς τὸ ἐξιλεώσασθαι τὴν ὕβριν ἑαυτοῦ, καλέσας καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου ῥωμαϊστὶ βρουμάλιουμ, καθὼς ὁ σοφώτατος Λικίννιος ὁ Ῥωμαίων χρονογράφος ἐξέθετο.* (= *chronic. Pasch. I p. 211 sq. Dind. Excerpt. anon. Byzant. ex cod. Paris. edit. a M. Treu* 20 *p. 38 sq. in progr. Ohlau. 1880. Suid. s. u. Βρουμάλια I p. 1047 Bernh.*)

3*. *Censor. d. d. n. 20, 2* Annum uertentem Romae Licinius quidem Macer et postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt, sed magis Iunio 25 Gracchano et Fuluio et Varroni et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensum putarunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani.

4*. *Macrob. sat. I 13, 20* Quando autem primum intercalatum sit, uarie refertur. et Macer quidem Licinius 30 eius rei originem Romulo adsignat. (*cf. Cass. fr. 18. Tudit. fr. 7. Val. fr. 5.*)

5*. *Dionys. II 52 Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, ὡς μέν τινές φασιν, ἅμα Ῥωμύλῳ παραγενόμενος* [*Τάτιος*] *εἰς τὸ Λαβίνιον ἕνεκα θυσίας, ἣν ἔδει τοῖς πατρῴοις θεοῖς ὑπὲρ* 35

τῆς πόλεως θῦσαι τοὺς βασιλεῖς, συστάντων ἐπ' αὐτὸν τῶν ἑταίρων τε καὶ γένει προσηκόντων τοῖς ἀνῃρημένοις πρέσβεσιν, ἐπὶ τῶν βωμῶν ταῖς μαγειρικαῖς σφαγίσι καὶ τοῖς βουπόροις ὀβελοῖς παιόμενος ἀποθνήσκει. ὡς δ' οἱ περὶ Λικίννιον γράφουσιν, οὐ μετὰ Ῥωμύλου παραγενόμενος οὐδὲ χάριν 5 ἱερῶν ἀλλὰ μόνος, ὡς πείσων τοὺς ἀδικηθέντας ἀφεῖναι τοῖς δεδρακόσι τὴν ὀργήν, ἀγανακτήσαντος τοῦ πλήθους ἐπὶ τῷ μὴ παραδίδοσθαί σφισι τοὺς ἄνδρας, ὡς ὅ τε Ῥωμύλος ἐδικαίωσε καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἔκρινε βουλή, καὶ τῶν προσηκόντων τοῖς τεθνεῶσι κατὰ πλῆθος ὁρμησάντων ἐπ' αὐτόν, 10 ἀδύνατος ὢν ἔτι διαφυγεῖν τὴν ἐκ χειρὸς δίκην καταλευσθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀποθνήσκει.

6. *Non. s. u. luculentum p. 63* Licinius Macer annali libro I: Auspicia pulchra et luculenta conmemorat.

7. *Prisc. VI p. 243 H.* Licinius Macer in I annali: 15 Non minimo opere milites quietes uolebant esse.

EX LIBRO I—II

8. *Dionys. IIII 6* Παραγίνεται δ' εἰς Ῥώμην [*Tarquinius Priscus*] Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος, ὡς μὲν Γέλλιος [*fr. 18*] ἱστορεῖ, κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας, ὡς δὲ 633/121 Λικίννιος γράφει, κατὰ τὸν ὄγδοον. ἔστω δὴ κατὰ τοῦτον ἐληλυθὼς τὸν ἐνιαυτόν, καθ' ὃν γράφει Λικίννιος, καὶ μὴ πρότερον. ἐν ὑστέρῳ μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴη χρόνῳ παραγεγονώς, εἴ γε δὴ κατὰ τὸν ἔνατον ἐνιαυτὸν τῆς Ἄγκου δυναστείας 632/122 ἱππέων ἡγούμενος ἐπὶ τὸν πρὸς Λατίνους πόλεμον ὑπὸ τοῦ βασιλέως πέμπεται, ὡς ἀμφότεροι λέγουσιν οἱ συγγραφεῖς. 25

9. *Dionys. V 47* Καὶ θριάμβοις ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐκο- 503/251 σμοῦντο ἀμφότεροι [*P. Postumius Tubertus Agrippa Menenius ex uictoria de Sabinis parta*], Μενήνιος μὲν τῷ μείζονι καὶ τιμιωτέρῳ παρεμβεβηκὼς ἐφ' ἁρματίου δίφρου βασιλικοῦ, Ποστόμιος δὲ τῷ ἐλάσσονι καὶ ὑποδεεστέρῳ, ὃν 30 καλοῦσιν οὐαστήν, παρεγκλίναντες τοὔνομα Ἑλληνικὸν ὑπάρχον εἰς τὸ ἀσαφές. τὸ γὰρ πρῶτον εὐαστὴς [οὕτως] ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἐλέγετο, ὡς αὐτός τε εἰκάζω καὶ ἐν πολλαῖς

εὑρίσκω γραφαῖς ἐπιχωρίοις φερόμενον, τότε δὲ πρῶτον, ὡς Λικίννιος ἱστορεῖ, τοῦτον ἐξευρούσης τὸν θρίαμβον τῆς βουλῆς.

498/256 **10.** *Dionys. V 74* Ἐμοὶ μὲν δὴ παρὰ τῶν Ἑλλήνων δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ παράδειγμα λαβεῖν, ὥσπερ ἔφην· Λικίννιος δὲ παρ' Ἀλβανῶν οἴεται τὸν δικτάτορα Ῥωμαίους εἰλη- 5 φέναι, τούτους λέγων πρώτους μετὰ τὸν Ἀμολίου καὶ Νεμέτορος θάνατον, ἐκλιπούσης τῆς βασιλικῆς συγγενείας ἐνιαυσίους ἄρχοντας ἀποδεῖξαι τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐξουσίαν τοῖς βασιλεῦσι, καλεῖν δὲ αὐτοὺς δικτάτορας.

496/258 **11.** *Dionys. VI 11* Λικίννιος μὲν γὰρ καὶ οἱ περὶ Γέλ- 10 λιον [*fr. 19*] οὐδὲν ἐξητακότες οὔτε τῶν εἰκότων οὔτε τῶν δυνατῶν αὐτὸν εἰσάγουσι τὸν βασιλέα Ταρκύνιον [*in pugna Regillensi*] ἀγωνιζόμενον ἐφ' ἵππου καὶ τιτρωσκόμενον, ἄνδρα ἐνενήκοντα ἔτεσι προσάγοντα.

492/262 **12.** *Dionys. VII 1* Ταῦτα [σπάνιν ἰσχυρὰν τὴν Ῥώμην 15 κατασχοῦσαν] ἡ βουλὴ μαθοῦσα πρέσβεις διέπεμπε πρὸς Τυρρηνοὺς καὶ Καμπανοὺς καὶ τὸ καλούμενον Πωμεντῖνον πεδίον σῖτον ὅσον ἂν δύναιντο πλεῖστον ὠνησομένους· Πόπλιος δὲ Οὐαλέριος καὶ Λεύκιος Γεγάνιος εἰς Σικελίαν ἀπεστάλησαν, Οὐαλέριος μὲν υἱὸς ὢν Ποπλικόλα, Γεγάνιος δὲ θατέ- 20 ρου τῶν ὑπάτων ἀδελφός· τύραννοι δὲ τότε κατὰ πόλεις μὲν ἦσαν, ἐπιφανέστατος δὲ Γέλων ὁ Δεινομένους νεωστὶ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ ἀδελφοῦ τυραννίδα παρειληφώς, οὐχὶ Διονύσιος ὁ Συρακούσιος, ὡς Λικίννιος γέγραφε καὶ Γέλλιος [*fr. 20*] καὶ ἄλλοι συχνοὶ τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων, οὐθὲν 25 ἐξητακότες τῶν περὶ τοὺς χρόνους ἀκριβῶς, ὡς αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον, ἀλλ' εἰκῆ τὸ προστυχὸν ἀποφαινόμενοι.

444/310 **13.** *Liu. IIII 7, 10* T. Quinctius Barbatus interrex consules creat L. Papirium Mugilanum L. Sempronium Atratinum. his consulibus cum Ardeatibus foedus renoua- 30 tum est, idque monumenti est consules eos illo anno fuisse, qui neque in annalibus priscis neque in libris magistratuum inueniuntur. credo, quod tribuni militum initio anni fuerunt, eo perinde ac si totum annum in imperio fuerint, suffectis iis consulibus praetermissa nomina consulum horum. 35

Licinius Macer auctor est et in foedere Ardeatino et in linteis libris ad Monetae inuenta. (*cf. Dionys. XI 62.*)

14. *Liu. IIII 23, 1* Eosdem consules insequenti anno refectos, Iulium tertium Verginium iterum, apud Macrum Licinium inuenio. Valerius Antias [*fr. 20*] et Q. Tubero [*fr. 6*] M. Manlium et Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. ceterum in tam discrepanti editione et Tubero et Macer libros linteos auctores profitentur, neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum ab scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi linteos placuit, Tubero incertus ueri est. sed inter cetera uetustate cooperta hoc quoque in incerto positum.

15. *Liu. IIII 20, 5* Omnis ante me auctores secutus A. Cornelium Cossum tribunum militum secunda spolia opima Iouis Feretrii templo intulisse exposui. ceterum, praeterquam quod ea rite opima spolia habentur, quae dux duci detraxit, nec ducem nouimus nisi cuius auspicio bellum geritur, titulus ipse spoliis inscriptus illos meque arguit consulem ea Cossum cepisse. — — qui si ea in re sit error, quod tam ueteres annales quodque magistratuum libri, quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat identidem auctores, septimo post demum anno cum T. Quinctio Poeno A. Cornelium Cossum consulem habeant, existimatio communis omnibus est. nam etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri possit, quod inbelle triennium ferme pestilentia inopiaque frugum circa A. Cornelium consulem fuit, adeo ut quidam annales uelut funesti nihil praeter nomina consulum suggerant. tertius ab consulatu Cossi annus tribunum eum militum consulari potestate habet, eodem anno magistrum equitum, quo in imperio alteram insignem edidit pugnam equestrem.

16. *Liu. VII 9, 3* Dictatorem T. Quinctium Poenum eo anno fuisse satis constat et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitiorum habendorum causa et ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello praeferre festinante, ut continuaret consulatum, obuiam eundum prauae cupiditati fuerit. Quae-

sita ea propria familiae laus leuiorem auctorem Licinium facit. cum mentionem eius rei in uetustioribus annalibus nullam inueniam, magis ut belli Gallici caussa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus.

$\frac{310}{444}$ **17.** *Liu. VIIII 38, 15* Papirius C. Iunium Bubulcum magistrum equitum dixit; atque ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus insignis cladibus, captae urbis et Caudinae pacis, quod utroque anno eiusdem curiae fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit.

$\frac{304}{450}$ **18.** *Liu. VIIII 46, 1* Eodem anno Cn. Flauius Cn. filius scriba, patre libertino humili fortuna ortus, ceterum callidus uir et facundus, aedilis curulis fuit. Inuenio in quibusdam annalibus, cum appareret aedilibus fierique se pro tribu aedilem uideret neque accipi nomen, quia scriptum faceret, tabulam posuisse et iurasse, se scriptum non facturum. Quem aliquanto ante desisse scriptum facere arguit Macer Licinius tribunatu ante gesto triumuiratibusque, nocturno altero, altero coloniae deducendae. (*cf. Pison. fr. 27.*)

$\frac{299}{455}$ **19.** *Liu. X 9, 10* In eum annum cum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriae, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero [*fr. 7*] tradunt differendi sibi consulatus in bellicosiorem annum: eo anno maiori se usui rei publicae fore urbano gesto magistratu. ita nec dissimulantem quid mallet, nec petentem tamen aedilem curulem cum L. Papirio Cursore factum. id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso [*fr. 28*] effecit, qui eo anno aediles curules fuisse tradit Cn. Domitium Cn. f. Calvinum et Sp. Carvilium Q. f. Maximum. id credo cognomen errorem in aedilibus fecisse, secutamque fabulam mixtam ex aediliciis et consularibus comitiis convenientem errori.

EX LIBRO II

20. *Prisc. XIII p. 8 H.* G. Licinius in II: Peruersum esse, alii modi postulare Pyrrum in te atque in ceteris fuisse. (= *VI p. 227 et 266 H. — postulare.*)

21. *Non. s. u. lues p. 52* Licinius Macer annalibus libro II: Nequaquam sui lauandi reluant arma lue.

EX LIBRO XVI

22. *Priscian. X p. 525 H.* Licinius Macer in XVI annalium 'Omnium nostrum neglegerit auctoritatem' pro 'neglexerit' ait. (= *Diom. I p. 369.*) 5

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

23 [24]. *Non. s. u. clipeus p. 196* Licinius Macer: Pars magna leuius clipea portant.

24 [25]. *Non. s. u. contendere p. 260* Licinius Macer: Quo die magistratum obiit, repente celeri gradu per forum se in Capitolium contendit. 10

RELICVVM LIBRORVM LINTEORVM FRAGMENTVM

(25 [27]). *Liu. IIII 13, 6* Consul sextum creatus T. Quinctius Capitolinus, minime opportunus uir nouanti res. collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen. et Lucius Minucius praefectus annonae seu refectus, seu, quoad res posceret, in incertum creatus: nihil enim constat, nisi in libros linteos utroque anno relatum inter magistratus praefecti nomen. 15

439 / 315

L. VOLTACILIVS PLOTVS

TESTIMONIA

1. *Sueton. de gramm. et rhet. 27 p. 124 Rf.* L. Voltacilius Plotus seruisse dicitur atque etiam ostiarius uetere more in catena fuisse, donec ob ingenium et studium litterarum manu missus accusanti patrono subscripsit. deinde rhetoricam professus Cn. Pompeium Magnum docuit patrisque eius res gestas nec minus ipsius compluribus libris exposuit, primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, nonnisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus. (*Ex eo Hieronymus ad a. Abr. 1936 = 81 a. Chr. n., p. 133 Sch.* Vultacilius Plotus latinus rhetor Cn. Pompei [libertus et] doctor scholam Romae aperuit.) 20 25

PROCILIVS

TESTIMONIVM

1. *Cicer. ad Att. II 2, 2* (*scr. a. 60. 694*) O magnum hominem [*Dicaearchum*] et unde multo plura didiceris quam de Procilio!

FRAGMENTA

362/392 1. *Varr. de l. l. V 148* In foro lacum Curtium a Curtio dictum constat, et de eo triceps historia: nam et 5 Procilius non idem prodidit quod Piso [*fr. 6*], nec quod is, † Cornelius Stilo secutus. A Procilio relatum, in eo loco dehisse terram et id ex senatus consulto ad aruspices relatum esse. responsum deum † Manio postilionem postulare, id est ciuem fortissimum eo dimitti. tum quendam 10 Curtium uirum fortem armatum ascendisse in equum et a Concordia uersum cum equo eo praecipitatum. eo facto locum coisse atque eius corpus diuinitus humasse ac reliquisse genti suae monumentum. (*cf. Lutat. fr. 4.*)

81/673 2. *Plin. n. h. VIII 4* Romae iuncti [*elephantes*] pri- 15 mum subiere currum Pompei Magni Africano triumpho, quod prius India uicta triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuisse Pompei triumpho iunctos egredi porta.

3. *Varr. de l. l. V 154* Intimus circus ad Murcim uocatur, ut Procilius aiebat ab urceis, quod is locus esset 20 inter figulos.

SCRIBONIVS LIBO

(fort. L. Scrib., qui S. Pompei socer fuit, Ciceronis et Varronis amicus, a. 34. 720 consul.)

TESTIMONIVM

1. *Cic. ad. Att. XIII 44, 3 (scr. a. 45. 709)* Cottam mi uelim mittas. Libonem mecum habeo.

ANNALIS FRAGMENTA

132/622 1. *Cicer. ad Att. XIII 30, 3 (scr. a. 45. 709)* Mi, sicunde potes, erues, qui decem legati Mummio fuerint. 25 Polybius non nominat, ego memini Albinum consularem et Sp. Mummium. uideor audisse ex Hortensio, Tuditanum.

sed in Libonis annali XIIII annis post praetor est factus Tuditanus quam consul Mummius. non sane quadrat.

2. *Cic. ad Att. XIII 32, 3* Et quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexti, credo, quia *διὰ σημείων* scripseram. De C. Tuditano enim quaerebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem; eum uideo in Libonis praetorem P. Popillio P. Rupilio. annis XIIII ante, quam praetor factus est, legatus esse potuisset? nisi admodum sero quaestor est factus, quod non arbitror. uideo enim curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse.

132/622 — 5 — 10

L. AELIVS TVBERO

TESTIMONIA

1. *Ciceronis familiaris et legatus a. 61. 693, bello ciuili orto Pompeium secutus frustra Africam prouinciam obtinere conatus est, a P. Attio Varo repulsus.*

2. *Phot. bibl. cod. 212 p. 169 Bk.* *Γράφει δὲ τοὺς λόγους [Πυρρωνίους] Αἰνησίδημος προσφωνῶν αὐτοὺς τῶν ἐξ Ἀκαδημίας τινὶ συναιρεσιώτῃ Λευκίῳ Τοβέρωνι, γένος μὲν Ῥωμαίῳ, δόξῃ δὲ λαμπρῷ ἐκ προγόνων καὶ πολιτικὰς ἀρχὰς οὐ τὰς τυχούσας μετιόντι. Ad eundem M. Terentius Varro logistoricum misit, quem* Tubero de origine humana *inscripsit.*

3. *Cicer. ad Q. fr. I, 3, 10 (scr. 60. 694)* Quamquam legatos habes eos, qui ipsi per se habituri sint rationem dignitatis tuae, de quibus honore et dignitate et aetate praestat Tubero, quem ego arbitror, praesertim cum scribat historiam, multos ex suis annalibus posse deligere, quos uelit et possit imitari.

15 — 20 — 25

Q. AELIVS TVBERO

TESTIMONIA

1. *Filius Lucii, pugnae Pharsalicae interfuit, post a. 46. 708 Q. Ligarium apud Caesarem reum fecit.*

2. *Pompon. de orig. iur. 46* Post hos Quintus Tubero fuit, qui Ofilio operam dedit. fuit autem patricius et transiit a causis agendis ad ius ciuile, maxime postquam Q. Liga- 30

rium accusauit nec optinuit apud Gaium Caesarem. — Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici et priuati et complures utriusque operis libros reliquit: sermone etiam antiquo usus affectauit scribere et ideo parum libri eius grati habentur.

3. *Dionys. I 7* *Τὰ δ' ἐκ τῶν ἱστοριῶν ἀναλεξάμενος, ἃς οἱ πρὸς αὐτῶν ἐπαινούμενοι Ῥωμαίων συνέγραψαν — Αἴλιοί τε καὶ Γέλλιοι καὶ Καλπούρνιοι καὶ ἕτεροι συχνοὶ πρὸς τούτοις ἄνδρες οὐκ ἀφανεῖς, κ. τ. λ.* *Cat. test. 1. Dion. I 80* *Ὡς δὲ Τουβέρων Αἴλιος, δεινὸς ἀνὴρ καὶ περὶ τὴν συναγωγὴν τῆς ἱστορίας ἐπιμελής, γράφει κ. τ. λ.* *fr. 3.*

4. *fr. 6* Ceterum in tam discrepanti editione et Tubero et Macer libros linteos auctores profitentur.

HISTORIARVM FRAGMENTA

EX LIBRO I

1. *Non. s. u. protinus p. 376* Tubero historiarum libro I: Si quod a parentibus acceptum protinus antiquae memoriae tradiderunt.

2*. *Seru. ad Aen. II 15* De hoc equo [*Troiano*] uaria in historiis lecta sunt. ut enim Hyginus et Tubero dicunt, machinamentum bellicum fuit, quod equus appellatur, sicut aries, sicut testudo, quibus muri uel discuti uel subrui solent.

3*. *Dionys. I 80* *Ὡς δὲ Τουβέρων Αἴλιος, δεινὸς ἀνὴρ καὶ περὶ τὴν συναγωγὴν τῆς ἱστορίας ἐπιμελής, γράφει, προειδότες οἱ τοῦ Νεμέτορος θύσοντας τὰ Λύκαια τοὺς νεανίσκους* [*Romulum et Remum*] *τῷ Πανὶ τὴν Ἀρκαδικήν, ὡς Εὔανδρος κατεστήσατο, θυσίαν, ἐνήδρευσαν τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τῆς ἱερουργίας, ἡνίκα ἐχρῆν τοὺς περὶ τὸ Παλλάντιον οἰκοῦντας τῶν νέων ἐκ τοῦ Λυκαίου τεθυκότας περιελθεῖν δρόμῳ τὴν κώμην γυμνοὺς ὑπεζωσμένους τὴν αἰδῶ ταῖς δοραῖς τῶν νεοθύτων. τοῦτο δὲ καθαρμόν τινα τῶν κωμητῶν πάτριον ἐδύνατο, ὡς καὶ νῦν ἔτι δρᾶται. ἐν δὴ τούτῳ τῷ χρόνῳ τοὺς ἱεροποιοὺς νεανίσκους οἱ βουκόλοι λοχήσαντες κατὰ τὸ στενόπορον τῆς ὁδοῦ, ἐπειδὴ τὸ πρῶτον τάγμα τὸ σὺν τῷ Ῥώμῳ κατ' αὐτοὺς ἐγένετο, τῶν ἀμφὶ Ῥωμύλον τε καὶ ἄλλων ὑστεριζόντων (τριχῇ γὰρ ἐνενέμηντο καὶ ἐκ*

διαστήματος ἔθεον) οὐ περιμείναντες τοὺς λοιποὺς ὁρμῶσιν ἐπὶ τοὺς πρώτους ἐμβοήσαντες ἀθρόοι καὶ περιστάντες ἔβαλλον οἱ μὲν ἀκοντίοις, οἱ δὲ λίθοις, οἱ δ' ὡς ἕκαστοί τι διὰ χειρὸς εἶχον. οἱ δ' ἐκπλαγέντες τῷ παραδόξῳ τοῦ πάθους καὶ ἀμηχανοῦντες ὅ τι δράσειαν πρὸς ὡπλισμένους ἄνοπλοι 5 μαχόμενοι κατὰ πολλὴν εὐπέτειαν ἐχειρώθησαν. ὁ μὲν οὖν Ῥῶμος ἐπὶ τοῖς πολεμίοις γενόμενος οὕτως, εἴθ' ὡς ὁ Φάβιος [*fr.* 5[b]] παραδέδωκε, δέσμιος εἰς τὴν Ἄλβαν ἀπήγετο.

4. *Gell. X 28, 1* Tubero in historiarum primo scripsit, Seruium Tullium, regem populi Romani, cum illas quinque 10 classes *seniorum et* iuniorum census faciendi gratia institueret, 'pueros' esse existimasse, qui minores essent annis septem decem, atque inde ab anno septimo decimo, quo idoneos iam esse rei p. arbitraretur, milites scribsisse, eosque ad annum quadragesimum sextum 'iuniores' supra- 15 que eum annum 'seniores' appellasse.

EX LIBRO IIII

5. *Charis. II p. 202 K.* Tubero historiarum IIII: Inimiciter irascendum non est.

EX LIBRO II—VIII

6. *Liu. IIII 23, 1* Eosdem consules insequenti anno $\frac{434}{320}$ refectos, Iulium tertium Verginium iterum, apud Macrum Licinium [*fr. 14*] inuenio. Valerius Antias [*fr. 20*] et Q. Tubero M. Manlium et Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. Ceterum in tam discrepanti editione et Tubero et Macer libros linteos auctores profitentur, neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum ab scriptoribus antiquis 25 dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi linteos placet, Tubero incertus ueri est. Sed inter cetera uetustate cooperta hoc quoque in incerto positum.

7. *Liu. X 9, 10* In eum annum cum Q. Fabium con- $\frac{299}{455}$ sulem non petentem omnes dicerent centuriae, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius [*fr. 19*] ac Tubero tradunt differendi sibi consulatus in bellicosiorem annum: eo anno maiori se usui rei publicae fore urbano gesto magistratu.

ita nec dissimulantem, quid mallet, nec petentem tamen aedilem curulem cum L. Papirio Cursore factum.

EX LIBRO VIIII

256/498 **8.** *Gell. VII 3* Tubero in historiis scriptum reliquit, bello primo Poenico Atilium Regulum consulem in Africa castris apud Bagradam flumen positis, proelium grande 5 atque acre fecisse aduersus unum serpentem in illis locis stabulantem inuisitatae inmanitatis, eumque magna totius exercitus conflictione balistis atque catapultis diu oppugnatum, eiusque interfecti corium longum pedes centum et uiginti Romam misisse. 10

250/504 **9*.** *Gell. VII 4, 2* Eundem Regulum Tubero in historiis redisse Carthaginem nouisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit: In atras, inquit, et profundas tenebras eum claudebant ac diu post, ubi erat uisus sol ardentissimus, repente educebant et aduersus ictus solis 15 oppositum continebant atque intendere in caelum oculos cogebant. palpebras quoque eius, ne coniuere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant. (*cf. Tudit. fr. 5.*)

EX LIBRO XIIII

10. *Nonius s. u. luxuriabat p. 481* Tubero libro XIIII historiarum: Pars omnis luxuriabat. 20

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

10ª. *Suet. Caes. 56* Feruntur, ut ait *Q.* Tubero, et ab adulescentulo [*Iulio Caesare*] quaedam scripta, ut laudes Herculis, tragoedia Oedipus, item dicta collectanea. quos omnis libellos uetuit Augustus publicari.

11. *Suet. Caes. 83* Quintus Tubero tradit heredem 25 ab eo [*Iulio Caesare*] scribi solitum ex consulatu ipsius primo usque ad initium ciuilis belli Cn. Pompeium, idque militibus pro contione recitatum.

12. *Donat. in Terent. Phorm. II 1, 57* Tubero: Hinc in millesimum annum eorum columine ciuitas continebitur. 30

13. *Seru. ad Aen. IIII 390* Tubero: Nam delinquat aut superet aliquid tibi.

LIBER II.

FRAGMENTA HISTORIAE FLORENTIS

Campanorum principis, celeberrimi et fidelissimi uiri, tantam hoc bello Romanis fidem praestitit, ut cum legione, quam ipse in Hirpinis conscripserat, Herculaneum simul cum T. 90 Didio caperet, Pompeios cum L. Sulla oppugnaret Compsam- 664 que occuparet. cuius de uirtutibus cum alii tum maxime 5 dilucide Q. Hortensius in annalibus suis rettulit. cuius illi pietati plenam populus Romanus gratiam rettulit ipsum uiritim ciuitate donando, duos filios eius creando praetores, cum seni adhuc crearentur.

M. TVLLIVS CICERO

(natus a. 106. 648, cos. 63. 691, mortuus 43. 711.)

TESTIMONIA DE EIVS HISTORIA

1. *Anon. Gudianus cod. 278* Cornelius Nepos in libro de 10 historicis Latinis de laude Ciceronis [*fr. 7*]: Non ignorare debes unum hoc genus Latinarum litterarum adhuc non modo non respondere Graeciae, sed omnino rude atque incohatum morte Ciceronis relictum. ille enim fuit unus, qui potuerit et etiam debuerit historiam digna uoce pronuntiare, quippe 15 qui oratoriam eloquentiam rudem a maioribus acceptam perpoliuerit, philosophiam ante eum incomptam Latinam sua conformarit oratione. ex quo dubito, interitu eius utrum res publica an historia magis doleat.

2. *Plut. Cic. 41* Διανοούμενος δ', ὡς λέγεται, τὴν πάτριον 20 ἱστορίαν γραφῇ περιλαβεῖν καὶ πολλὰ συμμῖξαι τῶν Ἑλληνικῶν καὶ ὅλως τοὺς συνηγμένους λόγους αὐτῷ καὶ μύθους ἐνταῦθα τρέψαι, πολλοῖς μὲν δημοσίοις, πολλοῖς δ' ἰδίοις κατελήφθη πράγμασιν ἀβουλήτοις καὶ πάθεσιν [*sequitur diuortium cum Terentia factum*]. *Cass. Dion. XLVI 21, 3* 25 [*ex oratione Q. Fufii Caleni contra Ciceronem*] καὶ οὕτω γε ἀναίσχυντος εἶ ὥστε καὶ συγγράψαι ταῦτα τοιαῦτα ὄντα ἐπεχείρησας. — προθέμενος γὰρ πάντα τὰ τῇ πόλει πεπραγμένα συγγράψαι (καὶ γὰρ σοφιστὴς καὶ ποιητὴς καὶ φιλόσοφος καὶ ῥήτωρ καὶ συγγραφεὺς εἶναι πλάττεται) ἔπειτ' 30

οὐκ ἀπὸ τῆς κτίσεως αὐτῆς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οἱ τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ὑπατείας τῆς ἑαυτοῦ ἤρξατο, ἵνα ἀνάπαλιν προχωρῶν ἀρχὴν μὲν τοῦ λόγου ἐκείνην, τελευτὴν δὲ τὴν τοῦ Ῥωμύλου βασιλείαν ποιήσηται. cf. Cicer. de legg. I 2, 5 sqq. 5

3. *Cicer. ad Att. I 19, 10* [*scr. a. 60. 694*] Commentarium consulatus mei Graece compositum [*a*] misi ad te, in quo si quid erit, quod homini Attico minus Graecum eruditumque uideatur, non dicam, quod tibi, ut opinor, Panhormi Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius 10 illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam et *σόλοικα* dispersisse: apud me si quid erit eius modi, me imprudente erit et inuito. Latinum si perfecero, ad te mittam [*b*]. tertium poema [*c*] exspectato, ne quod genus a me ipso laudis meae praetermittatur. — quamquam non 15 *ἐγκωμιαστικὰ* sunt haec, sed *ἱστορικά*, quae scribimus.

4. *Cic. ad Att. I 20, 6* [*scr. a. 60. 694*] De meis scriptis misi ad te Graece perfectum consulatum meum [*a*]: eum librum L. Cossinio dedi. puto te Latinis meis delectari, huic autem Graeco Graecum inuidere. alii si scripserint, mittemus ad 20 te, sed, mihi crede, simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. *II 1, 1 sq.* [*a. 60. 694*] Kal. Iuniis eunti mihi Antium et gladiatores M. Marcelli cupide relinquenti uenit obuiam tuus puer: is mihi litteras abs te et commentarium consulatus mei Graece scriptum reddidit. 25 in quo laetatus sum me aliquanto ante de iisdem rebus Graece item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse; nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. — meus autem liber totum Isocrati *μυροθήκιον* atque omnes eius discipulorum arculas ac non 30 nihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit; quem tu Corcyrae, ut mihi aliis litteris significas, strictim attigisti, post autem, ut arbitror, a Cossinio accepisti; quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probauissem. quamquam ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius 35 se, nostrum illud *ὑπόμνημα* cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo

non excitatum esse ad scribendum sed etiam plane deterritum. quid quaeris? conturbaui Graecam nationem. ita, uulgo qui instabant, ut darem sibi, quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut et Athenis sit et in ceteris oppidis Grae- 5 ciae. uidetur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. *Ad Quint. fr. II 16, 5* [*script. a. 54. 700*] Quomodonam, mi frater, de nostris uersibus [*c*] Caesar? nam primum librum [*a*] se legisse scripsit ad me ante, et prima sic, ut neget se ne Graeca quidem meliora legisse: reliqua ad quendam 10 locum ῥαθυμότερα: hoc enim utitur uerbo.

5. *Cass. Dio XXXVIIII 10* Καῖσαρ δὲ καὶ Κράσσος ἄλλως μὲν ἤχθοντο τῷ Κικέρωνι, σπουδὴν δ' οὖν τινα αὐτοῦ ἔσχον, ἐπειδὴ πάντως καθήξοντα αὐτὸν ᾔσθοντο· καὶ γὰρ ὁ Καῖσαρ καὶ ἀπὼν εὔνοιάν τινα αὐτῷ ἐνεδείξατο, οὐ μέντοι καὶ χάριν 15 οὐδεμίαν ἀντέλαβον. ἐκεῖνος γὰρ τοῦτό τε οὐκ ἀπὸ γνώμης σφᾶς πεποιηκότας εἰδὼς καὶ τῆς φυγῆς αἰτιωτάτους γεγονέναι νομίζων ἐκ μέντοι τοῦ προφανοῦς οὐ πάνυ πρὸς αὐτοὺς ἐθρασύνετο, ἅτε καὶ τῶν τῆς ἀκράτου παρρησίας ἐπικαρπιῶν νεωστὶ πεπειραμένος, βιβλίον μέντοι τι ἀπόρρητον 20 συνέθηκε καὶ ἐπέγραψεν αὐτῷ ὡς καὶ περὶ τῶν ἑαυτοῦ βουλευμάτων ἀπολογισμόν τινα ἔχοντι. πολλὰ δὲ δὴ καὶ δεινὰ ἐς αὐτὸ καὶ περὶ ἐκείνων καὶ περὶ ἄλλων τινῶν συνένησε καὶ διὰ τοῦτο φοβηθείς, μὴ καὶ ζῶντος αὐτοῦ ἐκφοιτήσῃ, κατεσημήνατό τε αὐτὸ καὶ παρέδωκε τῷ παιδί, 25 προστάξας οἱ μήτ' ἀναγνῶναι μήτε δημοσιεῦσαι τὰ γεγραμμένα, πρὶν ἂν μεταλλάξῃ. *cf. Cicer. ad Att. II 6, 2* [*scr. a. 59. 695*] Itaque ἀνέκδοτα, quae tibi uni legamus, Theopompio genere aut etiam asperiore multo pangentur. neque aliud iam quidquam πολιτεύομαι, nisi odisse improbos, et id ipsum 30 nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi uoluptate. *XIV 14, 5* [*scr. a. 44. 710*] Et hortaris me, ut historias scribam? ut colligam tanta eorum scelera, a quibus etiam nunc obsidemur? *17, 6* Librum meum illum ἀνέκδοτον nondum, ut uolui, perpoliui. ista uero, quae tu contexi uis, 35

aliud quoddam separatum uolumen exspectant. ego autem — minore periculo existimo contra illas nefarias partes uiuo tyranno dici potuisse quam mortuo. ille enim nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter, nunc, quocunque nos commouimus, ad Caesaris non modo acta uerum etiam 5 cogitata reuocamur. *XV 27, 2 [scr. a. 44. 710]* Excudam aliquid Ἡρακλίδειον, quod lateat in thesauris tuis. *4, 3. 13, 3. XVI 2, 6.*

6. *Schol. Bob. ad Cicer. pro Planc. p. 270 sq. Or.* Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quod mihi meae, 10 quas ad aliquem misissem, obfuissent] — significat epistulam non mediocrem ad instar uoluminis scriptam, quam Pompeio in Asiam de rebus suis in consulatu gestis miserat Cicero, aliquanto, ut uidebatur, insolentius scriptam, ut Pompei stomachum non mediocriter 15 commoueret, quod quadam superbiore iactantia omnibus se gloriosis ducibus anteponeret. — obfuerunt autem reuera, nam sic effectum est, ut ei Pompeius contra Clodianam uim non patrocinaretur.

FRAGMENTVM CONMENTARII GRAECI DE CONSVLATV SVO

1. *Plut. Crass. 13* Ἐν δὲ τοῖς περὶ Κατιλίναν πράγμασι 68/691 μεγάλοις καὶ μικροῦ δεήσασιν ἀνατρέψαι τὴν Ῥώμην ἥψατο μέν τις ὑπόνοια τοῦ Κράσσου καὶ προσῆλθεν ἄνθρωπος ὀνομάζων ἀπὸ τῆς συνωμοσίας, οὐδεὶς δὲ ἐπίστευσεν. ὅμως δ' ὁ Κικέρων ἔν τινι λόγῳ φανερὸς ἦν Κράσσῳ καὶ Καίσαρι τὴν αἰτίαν προστριβόμενος. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἐξεδόθη μετὰ τὴν ἀμφοῖν τελευτήν. Ἐν δὲ τῷ περὶ ὑπατείας ὁ 25 Κικέρων νύκτωρ φησὶ τὸν Κράσσον ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν κομίζοντα τὰ περὶ τὸν Κατιλίναν ἐξηγουμένην ὡς ἤδη βεβαιοῦντα τὴν συνωμοσίαν. (*cf. Cicer. c. 15.*)

FRAGMENTA LIBRI DE CONSILIIS SVIS

2. *Ascon. ad Cic. in tog. cand. p. 74 K.* Dico, p. c., superiore nocte cuiusdam hominis nobilis et ualde in hoc 30 largitionis quaestu docti et cogniti domum Catilinam et

Antonium cum sequestribus suis conuenisse.] Aut C. Caesaris aut M. Crassi domum significat. ei enim acerrimi ac potentissimi fuerunt Caesaris refragatores, cum petiit consulatum, quod eius in dies ciuilem crescere dignitatem animaduertebant: et hoc ipse Cicero in expositione con- 5
65/689 siliorum suorum significat; eius quoque coniurationis, quae Cotta et Torquato coss. ante annum quam haec dicerentur, facta est a Catilina et Pisone, arguit M. Crassum auctorem fuisse.

3. *Charis. I p. 146 K.* 'Vectigaliorum' Cicero ad Atti- 10 cum, item in ratione consiliorum suorum, sed et de lege agraria 'uectigalium'.

4. *Augustin. contra Iul. Pelag. V 5, 23* Aures quoque hominis quo modo ei subderes inuenisti et erexisti eius [*pulcherrimae famulae*] uetustissimum quidem sed plane 15 gloriosissimum titulum, commemorans, quod in expositione consiliorum suorum Tullius posuit, quia cum uinolenti adolescentes tibiarum etiam cantu, ut fit, instincti, mulieris pudicae fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur. quod cum illa fecisset, 20 tarditate modorum et grauitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse. = *Boet. de inst. mus. I 1 p. 184 ed. Friedl.* Cui enim est illud ignotum, quod Pythagoras ebrium adulescentem Tauromenitanum subphrygii modi sono incitatum spondeo succinente reddiderit mitiorem et sui com- 25 potem? nam cum scortum in riualis domo esset clausum atque ille furens domum uellet amburere, cumque Pythagoras stellarum cursus, ut ei mos, nocturnus inspiceret, ubi intellexit sono Phrygii modi incitatum multis amicorum monitionibus a facinore uoluisse desistere, mutari modum 30 praecepit atque ita furentis animum adulescentis ad statum mentis pacatissimae temperauit. quod scilicet M. Tullius commemorat in eo libro, quem de consiliis suis composuit, aliter quidem, sed hoc modo: Sed ut aliqua similitudine adductus maximis minima conferam, ut cum uinolenti 35 adulescentes — et grauitate canentis illorum furentem petulantiam consedisse.

FRAGMENTVM EPISTVLAE AD CN. POMPEIVM

5. *Cic. pro Sulla 24, 67* Hic tu epistulam meam saepe recitas, quam ego ad Cn. Pompeium de meis rebus gestis et de summa re publica misi, et ex ea crimen aliquod in P. Sullam quaeris et, si furorem incredibilem biennio ante conceptum erupisse in meo consulatu scripsi, me hoc 5 demonstrasse dicis, Sullam in illa fuisse superiore coniuratione.

Q. TVLLIVS CICERO

(natus a. fere 102. 652, praetor 62. 692, occisus a. 43. 711.)

TESTIMONIA DE HISTORIA

1. *Cic. ad Att. II 16, 4 [scr. a. 59. 695]* Ita deplorat [*Q. fr. epistulae*] primis uersibus mansionem suam, ut quemuis mouere possit, ita rursus remittit, ut me roget, ut annales 10 suos emendem et edam.

2. *Cic. ad Q. fr. II 13, 3 [scr. a. 54. 700]* Omnia colligo, ut noui scribam aliquid ad te. sed, ut uides, res me ipsa deficit. itaque ad Callisthenem et ad Philistum redeo, in quibus te uideo uolutatum. — sed utros eius [*Philisti*] 15 habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio. me magis de Dionysio delectat. — sed quod ea scribis, adgrederisne ad historiam? me auctore potes. et, quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis.

M. TVLLIVS TIRO

TESTIMONIA

1. *A Marco Cicerone manu missus a. 54. 700 (ad fam. 20 XVI 16). Gell. VI 3, 8* Tiro autem Tullius, M. Ciceronis libertus, sane quidem fuit ingenio homo eleganti et hautquaquam rerum litterarumque ueterum indoctus, eoque ab ineunte aetate liberaliter instituto adminiculatore et quasi administro in studiis litterarum Cicero usus est. *Hieron.* 25

ad a. 2013 Abr. 4. 750 p. 145 Sch. M. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est, in Puteolano praedio usque ad centesimum annum consenescit.

2. *Tullius Tiro auctor Plinio in nat. hist. sec. ind. in libro II.*

FRAGMENTA LIBRORVM DE VITA M. TVLLII CICERONIS

59/695 1*. *Gell. IV 10, 5* C. Caesar in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quatuor solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur. ex his quatuor principem rogabat M. Crassum, sed postquam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum coeperat Pompeium rogare. eius rei rationem reddidisse eum senatui Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, refert, itaque se ex patrono suo audisse refert. 5 10

57/697 2. *Ascon. in Milon. p. 43 K.* De oppugnata domo [*L. Caecili*] nusquam adhuc legi. Pompeius tamen, cum defenderet Milonem apud populum, de ui accusante Clodio, obiecit, ut legimus apud Tironem, libertum Ciceronis, in libro IIII de uita eius, oppressum *a* Clodio L. Caecilium praetorem. 15

46/708 3*. *Plut. Cic. 41* *Αὗται γὰρ εἰσιν αἱ λεγόμεναι τῆς διαστάσεως* [*M. Ciceronis et Terentiae*] *εὐπρεπέσταται προφάσεις. Τῇ δὲ Τερεντίᾳ καὶ ταύτας ἀρνουμένῃ λαμπρὰν ἐποίησε την ἀπολογίαν αὐτὸς ἐκεῖνος μετ‖ οὐ πολὺν χρόνον γήμας παρθένον, ὡς μὲν ἡ Τερεντία κατεφήμιζεν, ἔρωτι τῆς ὥρας, ὡς δὲ Τίρων ὁ τοῦ Κικέρωνος ἀπελεύθερος γέγραφεν, εὐπορίας ἕνεκεν πρὸς διάλυσιν δανείων. ἦν γὰρ ἡ παῖς σφόδρα πλουσία, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς ὁ Κικέρων ἐν πίστει κληρονόμος ἀπολειφθεὶς διεφύλαττεν. ὀφείλων δὲ πολλὰς μυριάδας ὑπὸ τῶν φίλων καὶ οἰκείων ἐπείσθη τὴν παῖδα γῆμαι παρ' ἡλικίαν καὶ τοὺς δανειστὰς ἀπαλλάξαι τοῖς ἐκείνης χρησάμενον.* 20 25

43/711 4*. *Tacit. dial. 17* Nam ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, septimo idus *Decembres* occisus est. (*cf. Plut. Cic. 49 οὕτω γὰρ ἔνιοι τῶν συγγραφέων ἱστορήκασιν* [*de morte Ciceronis*]. *ὁ δ' αὐτοῦ τοῦ Κικέρωνος ἀπελεύθερος Τίρων τὸ παράπαν οὐδὲ μέμνηται τῆς τοῦ Φιλολόγου προδοσίας.*) 30

L. LVCCEIVS

TESTIMONIA

1. *Ascon. ad Cicer. in tog. cand. p. 81* Post effecta comitia consularia et Catilinae repulsam fecit eum reum inter sicarios L. Lucceius paratus eruditusque [*a. 64. 690*], qui postea consulatum quoque petiit. [*anni 59. 695 frustra.*] *cf. p. 82* Dicitur Catilina adulterium commisisse cum ea, 5 quae ei postea socrus fuit, et ex eo natam stupro duxisse uxorem, cum filia eius esset. hoc Lucceius quoque Catilinae obicit in orationibus, quas in eum scripsit.

2. *Ex epistula Ciceronis, quam mense Martio a. 56. 698 ad Lucceium misit, (ad famil. V 12)* § *1* Genus enim scripto- 10 rum tuorum, etsi erat semper a me uehementer exspectatum, tamen uicit opinionem meam meque ita uel cepit uel incendit, ut cuperem quam celerrime res nostras monimentis commendari tuis. neque enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed 15 etiam illa cupiditas, ut uel auctoritate testimonii tui uel iudicio beneuolentiae uel suauitate ingenii uiri perfruamur. — (*2:*) quia uidebam Italici belli et ciuilis historiam iam a te paene esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogi- 20 tares, coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere an, ut multi Graeci fecerunt, — tu quoque item ciuilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres. — (*3:*) itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea uehementius etiam, quam fortasse sentis, et 25 in eo leges historiae neglegas gratiamque illam, de qua suauissime quodam in prooemio scripsisti, a qua te flecti non magis potuisse demonstras quam Herculem Xenophontium illum a uoluptate, eam, si me tibi uehementius commendabit, ne aspernere amorique nostro plusculum etiam, 30 quam concedet ueritas, largiare. — (*4:*) si liberius, ut consuesti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. *cf. ad Att. IV 6, 4* [*a. 56. 698*]

Epistolam, Lucceio nunc quam misi, qua, meas res ut scribat, rogo, fac ut ab eo sumas (ualde bella est) eumque, ut approperet, adhorteris et, quod mihi se ita facturum rescripsit, agas gratias. *11, 2* [*a. 55. 699*] tu Lucceio nostrum librum dabis. (*Luccei epistula ad Cicer. exstat ad fam.* 5 *V 14, in qua nihil de historia.*)

T. POMPONIVS ATTICVS

(natus a. 109. 645, mortuus 32. 722.)

TESTIMONIA DE HISTORIA

1. *Cic. Brut. 5, 19* [*Atticus cum Cicerone loquitur*] Iam pridem enim conticuerunt tuae litterae. nam ut illos de re p. libros edidisti [*a. 54. 700*], nihil a te sane postea accepimus, eisque nosmet ipsi ad ueterum rerum nostrarum 10 memoriam comprehendendam impulsi atque incensi sumus. *11, 44* Et ego [*Cicero*] cautius posthac historiam attingam te audiente, quem rerum Romanarum auctorem laudare possum religiosissimum.
2. *Corn. Nep. Att. 18, 1* Moris etiam maiorum summus imi- 15 tator fuit antiquitatisque amator, quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo uolumine exposuerit, quo magistratus ordinauit. nulla enim lex neque pax neque bellum neque res illustris est populi Romani, quae non in eo suo tempore sit notata, et, quod difficillimum fuit, 20 sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum uirorum propagines possimus cognoscere. *Cic. Brut. 3, 13* An mihi potuit, inquam [*ipse Cicero*], esse aut gratior ulla salutatio aut ad hoc tempus aptior quam illius libri, quo me hic affatus quasi iacentem excitauit. Tum ille 25 [*Brutus*], Nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breuiter et, ut mihi quidem uisum est, perdiligenter complexus est? Istum ipsum, inquam, Brute, dico librum mihi saluti fuisse. Tum Atticus: Optatissimum mihi quidem est quod dicis, sed quid tandem habuit liber iste, 30 quod tibi aut nouum aut tanto usui posset esse? Ille uero

et noua, inquam, mihi quidem multa et eam utilitatem, quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporum uno in conspectu omnia uiderem. *orat. 34, 120* Cognoscat etiam [*orator*] rerum gestarum et memoriae ueteris ordinem, maxume scilicet nostrae ciuitatis sed etiam imperiosorum 5 populorum et regum illustrium. quem laborem nobis Attici nostri leuauit labor, qui conseruatis notatisque temporibus, nihil cum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligauit. *cf. Brut. 19, 74. de fin. II 21, 67.* 10

3. *Corn. Nep. Att. 18, 3* Fecit hoc idem [*test. 2*] separatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Iuniam familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine enumerauerit, notans, qui a quoque ortus, quos honores quibusque temporibus cepisset, pari modo Marcelli Claudii de Marcellorum, Scipionis Cor- 15 nelii et Fabii Maximi Fabiorum et Aemiliorum. quibus libris nihil potest esse dulcius eis, qui aliquam cupiditatem habent notitiae clarorum uirorum.

4. *Corn. Nep. Att. 18, 6* Est etiam unus liber Graece confectus, de consulatu Ciceronis. *Cic. ad Att. II 1, 1* [*scr. a. 60. 694*] 20 Tuus puer — mihi litteras abs te et commentarium consulatus mei Graece scriptum reddidit. in quo laetatus sum, me aliquanto ante de iisdem rebus Graece item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. quam- 25 quam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta uisa sunt; sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant, et ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, uidebantur.

5. *'Pomponius Atticus' Plinio in n. hist. sec. ind. auctor fuit* 30 *lib. VII. XXXIII.* [*'Atticus' XXXV.*]

FRAGMENTA ANNALIS

1*. *Schol. Veron. ad Aen. II 717 p. 91 K.* Varro — refert Aenean capta Troia — patrem suum collo *tulisse* — *mirantibus*que Achiuis hanc pietatem redeundi Ilium copiam datam, ac deos penates ligneis sigillis uel lapideis terrenis 35

quoque Aenean *umeris extulisse.* — *Atticus* de patre consentit, de dis penatibus negat, sed ex Samothracia in Italiam deuectos. (*uid. Hem. fr. 5. Pison. fr. 2. cf. Seru. ad Aen. III 12.*)

723 **2*.** *Solin. I 27* Romam — placet conditam — Pomponio Attico et M. Tullio olympiadis sextae anno tertio. 5

494/260 **3*.** *Ascon. in Cic. Cornel. p. 68 K.* Ceterum quidam non duo tribunos plebis, ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos tum [*in monte sacro*] esse, singulos ex singulis classibus. sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum quem 10 Cicero ponant, inter quos Tuditanus [*fr. 4*] et Pomponius Atticus, Liuius quoque noster [*II 33, 2*].

4*. *Cicer. Brut. 10, 42* Si quidem uterque [*Themistocles et Coriolanus*], cum ciuis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria se ad hostes contulit conatumque 15 iracundiae suae morte sedauit. nam etsi aliter apud te est, Attice, de Coriolano, concede tamen, ut huic generi mortis potius assentiar.

240/514 **5*.** *Cic. Brut. 18, 72* Atque hic Liuius, qui primus fabulam C. Claudio, Caeci filio, et M. Tuditano consulibus 20 docuit anno ipso ante, quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decimo et quingentesimo, ut hic [*Atticus*] ait, quem nos sequimur; est enim inter scriptores de numero annorum controuersia. Accius autem a Q. Maximo quintum consule captum Tarenti scripsit Liuium annis XXX 25 post, quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis inuenimus, docuisse autem fabulam annis post XI, C. Cornelio Q. Minucio consulibus, ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi proelio uouerat. in quo tantus error Accii fuit, ut his consulibus XXXX annos natus 30 Ennius fuerit; cui si aequalis fuerit Liuius, minor aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ei, qui multas docuerant ante hos consules, et Plautus et Naeuius. Haec si minus apta uidentur huic sermoni, Brute, Attico assigna, qui me inflammauit studio illustrium hominum aetates et tempora 35 persequendi.

6. *Ascon. in Cic. Pison. p. 12 K.* Tradunt et Antiochi

regis filio obsidi domum publice aedificatam, inter quos Atticus in annali, quae postea dicitur Lucili poetae fuisse.

7. *Corn. Nep. Hann. 13* Atticus M. Claudio Marcello Q. Fabio Labeone consulibus mortuum [*Hannibalem*] in annali suo scriptum reliquit. 183/571 5

8. *Cic. ad Att. XII 23, 2* Quibus consulibus Carneades et ea legatio Romam uenerit, scriptum est in tuo annali. 155/599

SAVFEIVS

FRAGMENTVM

1. *Seru. ad Verg. Aen. I 6* Saufeius Latium dictum ait, quod ibi latuerant incolae, qui quoniam in cauis montium uel occultis, cauentes sibi a feris beluis uel a ualentioribus 10 uel a tempestatibus, habitauerint, Cascei uocati sunt, quos posteri Aborigines nominauerunt, quoniam † aliis ortos esse recognoscebant, ex quibus Latinos etiam dictos.

CORNELIVS NEPOS

TESTIMONIA

1. *Plin. n. h. III 127* Nepos, Padi accola. *Plin. ep. IV 28, 1* Herennius Seuerus — magni aestimat in bybliotheca sua 15 ponere imagines municipum tuorum, Corneli Nepotis et T. Catii [*Insubris*]. *Hieron. ad a. Abr. 1977 = 40. 714 p. 139 Sch.* Cornelius Nepos scribtor historicus clarus habetur. *uid. fr. de uit. Cic. 2. exempl. 8.*

2. *Catull. 1, 5* Quoi dono lepidum nouum libellum | —? 20 Corneli, tibi: namque tu solebas | meas esse aliquid putare nugas | iam tum cum ausus es unus Italorum | omne aeuum tribus explicare chartis | doctis, Iuppiter, et laboriosis. *Auson. epist. (ad Probum praef. praet.) 16* Apologos Titiani et Nepotis c h r o n i c a, quasi alios apologos (nam et ipsa 25 instar sunt fabularum) ad nobilitatem tuam misi, gaudens atque etiam glorians fore aliquid, quod ad institutionem tuorum sedulitatis meae studio conferatur.

3. *Hieron. de uir. ill. II p. 821 Vall.* De viris illustribus scripserunt — apud Latinos Varro, Santra, Nepos, Hyginus et — Tranquillus. *Corn. Nep. XXI 1, 1* Hi fere fuerunt Graecae gentis duces, qui memoria digni uideantur, praeter reges. namque eos attingere noluimus, quod omnium res 5 gestae separatim sunt relatae. *Hann. 13, 4* Sed nos tempus est huius libri facere finem et Romanorum explicare imperatores. *etc.*

4. *Corn. Nep. Cat. 3, 5* Huius [*M. Catonis*] de uita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu T. Pomponii Attici, quare studiosos Catonis ad illud uolumen delegamus. 10

5. *Cornelii Nepotis fragmenta latent in Plin. n. h. sec. ind. in libris VII. XII. XXXIIII.*

CHRONICORVM FRAGMENTA

1*. *Minuc. Fel. Octau. 21, 4* Saturnum enim principem huius generis et examinis omnes scriptores uetustatis Graeci Romanique hominem prodiderunt. scit hoc Nepos et 15 Cassius in historia et q. s. = *Cass. fr. 1 p. 68.*

2. *Gell. XVII 21, 3* Vtrumque [*Homerum et Hesiodum*] ante Romam conditam uixisse, Siluiis Albae regnantibus, — ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo chronico de Homero dicit, annis circiter centum 20 et sexaginta. (*uid. Cass. fr. 8 p. 70*) *Hieron. chron. ad a. Abr. 1104 p. 69 Sch.* In Latina historia haec ad uerbum scribta repperimus: Agrippa aput Latinos regnante Homerus poeta in Graecia claruit, ut testantur Apollodorus grammaticus et Euforbus historicus, † ante urbem Romam con- 25 ditam ann. CXXIIII, et, ut ait Cornelius Nepos, ante olympiadem primam ann. C.

751 **3*.** *Solin. I 27* Romam — placet conditam — Nepoti et Lutatio [*fr. 6*], opiniones Eratosthenis et Apollodori comprobantibus, olympiadis septimae anno secundo. 30

4. *Gell. XVII 21, 8* Archilochum autem Nepos Cornelius tradit, Tullo Hostilio regnante iam tunc fuisse poematis clarum et nobilem.

5. *Gell. XVII 21, 23* Neque multo post [*post incendium Gallicum*] — M. Manlius Romae, qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, conuictus est consilium de regno occupando inisse dampnatusque capitis e saxo Tarpeio, ut M. Varro ait [*annal. fr. 2*], praeceps datus, ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, uerberando necatus est.

6*. *Solin. 40, 4 p. 237 M.* Qui [*Alexander Magnus*] oritur, ut Nepos edit, M. Fabio Ambusto T. Quintio Capitolino cos., post Romam conditam anno trecentesimo octogensimo quinto.

7*. *Plin. n. h. III 125* Interiere — Melpum opulentia praecipuum, quod ab Insubribus et Bois et Senonibus deletum esse eo die, quo Camillos Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit.

LIBRORVM DE INLVSTRIBVS VIRIS FRAGMENTA

1. *Charis. II p. 220 K.* 'Subinde' Nepos de inlustribus uiris II.

2. *Charis. I p. 141 K.* Partum. Caesar in analogicis harum 'partum', Cornelius Nepos inlustrium XV *.

3. *Char. I p. 141 K.* Cornelius Nepos inlustrium uirorum libro XVI: A fratre patruele, inquit, * rem necessitudinis, sed etiam personam ostendat.

4. *Diomed. I p. 410 K.* Prope, prope me est. — sed et datiuo casui idem Cicero dixit ad Atticum: Propius grammatico accessi, Nepos inlustri*um* * Sallustius: Proxima Carthagini loca.

5*. *Nep. Dion. 9, 5* Hic [*in Dionis morte*], sicut ante saepe dictum est, quam inuisa sit singularis potentia et miseranda uita, qui se metui quam amari malunt, cuiuis facile intellectu fuit.

6*. *Plin. XXXV 16* Primus inleuit eas [*lineas*] colore testae, ut ferunt, tritae Ecphantus Corinthius. hunc eodem nomine alium fuisse, quam *quem* tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Damaratum Tarquinii Prisci regis Romani

patrem fugientem a Corintho tyranni iniurias Cypseli mox docebimus.

7*. *Plut. Pelop. et Marc. conp. 1* Ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέπωτι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι· μεγάλην δὲ αὗται ῥοπὴν οὐδεμίαν ἐποιήσαν, ἀλλ' ἔοικε ψευδόπτωμά τι γενέσθαι περὶ τὸν Λίβυν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς ἐκείναις. (*cf. Marcell. 12.*)

8*. *Plut. Marc. 30* Ἀννίβᾳ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐλάχιστος ἦν λόγος, Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον καὶ τῷ νεκρῷ παραστὰς καὶ πολὺν χρόνον τήν τε ῥώμην τοῦ σώματος καταμαθὼν καὶ τὸ εἶδος οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον οὔτε ἀπ' ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἄν τις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονώς, ἐξέφηνεν, ἀλλ' ἐπιθαυμάσας τὸ παράλογον τῆς τελευτῆς τὸν μὲν δακτύλιον ἀφείλετο, τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως ἔκαυσε· καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπιν ἀργυρᾶν καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. Τῶν δὲ Νομάδων τινὲς περιτυχόντες τοῖς κομίζουσιν ὥρμησαν ἀφαιρεῖσθαι τὸ τεῦχος, ἀντιλαμβανομένων δ' ἐκείνων ἐκβιαζόμενοι καὶ μαχόμενοι διέρριψαν τὰ ὀστᾶ. πυθόμενος δὲ Ἀννίβας καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν 'Οὐδὲν ἄρα δυνατὸν γενέσθαι ἄκοντος θεοῦ' τοῖς μὲν Νομάσιν ἐπέθηκεν δίκην, οὐκέτι δὲ κομιδῆς ἢ συλλογῆς τῶν λειψάνων ἐφρόντισεν, ὡς δή κατὰ θεόν τινα καὶ τῆς τελευτῆς καὶ τῆς ἀταφίας παραλόγως οὕτω τῷ Μαρκέλλῳ γενομένης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασιν.

9. *Seru. ad Verg. Aen. I 368* Carthago enim antea speciem habuit duplicis oppidi, quasi aliud alterum amplecteretur, cuius interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia. huius rei testis est Cornelius Nepos in eo libro, qui uita illustrium inscribitur.

10*. *Plut. Tib. Gracch. 21* Καίτοι Νέπως ὁ Κορνήλιος

φησιν οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ τοῦ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι Γάιον.

11*. *Plut. Luc. 43* *Νέπως δὲ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν Λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλισθένους* 5 *διαφθαρέντα· τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μέν, ὡς ἀγαπῷτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν, ἐκστῆσαι δὲ καὶ κατακλύσαι τὸν λογισμόν, ὥστ' ἔτι ζῶντος αὐτοῦ τὴν οὐσίαν διοικεῖν τὸν ἀδελφόν.*

12*. *Sueton. de poet. 6, 1* Quamuis et Nepos aequales 10 omnes [*Terentium et Scipionem Laeliumque*] fuisse tradat. (*cf. Fenest. fr. 9.*)

13*. *Sueton. de poet. 6, 3* Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Laelium quondam in Puteolano kalendis Martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, 15 petisse ab ea ne se interpellaret, seroque tandem ingressum triclinium dixisse, non saepe in scribendo magis sibi successisse. deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse uersus, qui sunt in Heauton timorumeno: 'Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt'. 20

14. *Corn. Nep. Dion. 3, 2* Eodemque tempore [*quo Platonem Dionysius*] Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannis. sed de hoc in eo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis conscriptus est. 25

15. *Gell. XI 8* Iuste uenusteque admodum reprehendisse dicitur Aulum Albinum M. Cato. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca scriptitauit. in eius historiae principio scribtum est ad hanc sententiam: neminem suscensere sibi conuenire, si quid in 30 his libris parum composite aut minus eleganter tum scriptum foret. 'Nam sum', inquit, 'homo Romanus, natus in Latio. Graeca oratio a nobis alienissima est', ideoque ueniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulauit [*fr. 1*]. Eam cum legisset M. Cato: 'Ne tu', in- 35 quit, 'Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam depre-

cari quam culpa uacare. Nam petere ueniam solemus, aut cum inprudentes errauimus aut cum compulsi peccauimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur'. Scriptum hoc est in libro Corneli Nepotis de inlustribus uiris XIII. 5
(*Ex Gellio Macrob. sat. praef. 14.*)

16. *Libri mss. Corn. Nep. in fine* Verba ex epistula Corneliae Gracchorum matris ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis excerpta: Dices pulchrum esse inimicos ulcisci. id neque maius neque pulchrius cuiquam atque 10 mihi esse uidetur, sed si liceat re publica salua ea persequi. sed quatenus id fieri non potest, multo tempore multisque partibus inimici nostri non peribunt atque, uti nunc sunt, erunt potius quam res publica profligetur atque pereat. 15

Eadem alio loco: Verbis conceptis deierare ausim, praeterquam qui Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum molestiae tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse: quem oportebat omnium meorum, quos antehac habui liberos, partis [eorum] tolerare atque 20 curare, ut quam minimum sollicitudinis in senecta haberem, utique, quaecunque ageres, ea uelles maxime mihi placere, atque uti nefas haberes rerum maiorum aduersum meam sententiam quicquam facere, praesertim mihi, cui parua pars uitae superest. ne id quidem tam breue spatium potest 25 opitulari, quin et mihi aduersere et rem publicam profliges? denique quae pausa erit? ecquando desinet familia nostra insanire? ecquando modus ei rei haberi poterit? ecquando desinemus et habentes et praebentes molestiis insistere? ecquando perpudescet miscenda atque perturbanda re publica? Sed si omnino id fieri non potest, ubi ego mortua 30 ero, petito tribunatum: per me facito quod lubebit, cum ego non sentiam. ubi mortua ero, parentabis mihi et inuocabis deum parentem. in eo tempore non pudet te eorum deum preces expetere, quos uiuos atque praesentes relictos 35 atque desertos habueris? ne ille sirit Iupiter te ea perseuerare, nec tibi tantam dementiam uenire in animum! et

si perseueras, uereor, ne in omnem uitam tantum laboris culpa tuas recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

17*. *Suet. de gramm. et rhet. 24 (3) p. 124 Rf.* Primus [*L. Voltacilius Plotus*] omnium libertinorum, ut Cornelius 5 Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus. [*uid. p. 197.*]

18. *Anon. Gud. cod. 278* Cornelius Nepos in libro de historicis Latinis de laude Ciceronis: Non ignorare debes, 10 unum hoc genus Latinarum litterarum adhuc non modo non respondere Graeciae sed omnino rude atque inchoatum morte Ciceronis relictum. ille enim fuit unus, qui potuerit et etiam debuerit historiam digna uoce pronuntiare, quippe qui oratoriam eloquentiam rudem a maioribus acceptam per- 15 poliuerit, philosophiam ante eum incomptam Latinam sua conformarit oratione. ex quo dubito, interitu eius utrum res publica an historia magis doleat. — Idem: Locuples ac diuina natura, quo maiorem sui pareret admirationem ponderatioraque sua essent beneficia, neque uni omnia dare 20 nec rursus cuiquam omnia uoluit negare.

19*. *Suet. de gramm. et rhet. 4 p. 103 Rf.* Cornelius Nepos libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos uulgo quidem appellari ait eos, qui diligenter aliquid et acute scienterque possint aut dicere aut scribere, ceterum pro- 25 prie sic appellandos poetarum interpretes, qui a Graecis grammatici nominentur.

LIBRORVM DE VITA M. TVLLII CICERONIS FRAGMENTA

1. *Gell. XV 28, 1* Cornelius Nepos et rerum memoriae $\frac{80}{674}$ non indiligens et M. Ciceronis ut qui maxime amicus familiaris fuit. atque is tamen in librorum primo, quos de 30 uita illius composuit, errasse uidetur, cum eum scripsit tres et uiginti annos natum primum causam iudicii publici egisse Sextumque Roscium parricidii reum defendisse.

2*. *Hieron. adu. Ioann. Hierosol. c. 12. II p. 419 Vall.* $\frac{65}{689}$ Refert — Cornelius Nepos se praesente iisdem paene uerbis,

quibus edita est, eam pro Cornelio, seditioso tribuno, defensionem peroratam.

EXEMPLORVM FRAGMENTA

1. *Charis. I p. 146 K.* Vestale. Nepos exemplorum II 'a uirgine Vestale' inquit pro Vestali, quia non personam sed rem significat. 5

2. *Gell. VI 18, 2 Post* proelium Cannense Hannibal, Carthaginiensium imperator, ex captiuis nostris electos decem Romam misit mandauitque eis pactusque est, ut, si populo Romano uideretur, permutatio fieret captiuorum. — hoc, priusquam proficiscerentur, ius iurandum eos adegit, 10 redituros esse in castra Poenica, si Romani captiuos non permutarent. Veniunt Romam decem captiui, mandatum Poeni imperatoris in senatu exponunt, permutatio senatui non placita. — tum octo ex his postliminium iustum non esse sibi responderunt, quoniam deiurio uincti forent, 15 statimque, uti iurati erant, ad Hannibalem profecti sunt. duo reliqui Romae manserunt solutosque esse se ac liberatos religione dicebant, quoniam, cum egressi castra hostium fuissent, commenticio consilio regressi eodem, tamquam si ob aliquam fortuitam causam issent atque ita iure iurando 20 satisfacto rursum iniurati abissent.— Cornelius autem Nepos in libro exemplorum quinto id quoque literis mandauit, multis in senatu placuisse, ut hi, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur, sed eam sententiam numero plurium, quibus id non uideretur, superatam, eos 25 tamen, qui ad Hannibalem non redissent, usque adeo intestabiles inuisosque fuisse, ut taedium uitae ceperint necemque sibi consciuerint.

3. *Gell. VI 19, 1* Pulcrum atque liberale atque magnanimum factum Tiberii Sempronii Gracchi in exemplis 30 repositum est. Id exemplum huiuscemodi est: L. Scipioni Asiatico, P. Scipionis Africani superioris fratri, C. Minucius Augurinus tribunus plebi multam irrogauit eumque ob eam causam praedes poscebat. Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum prouocabat petebatque, ut uirum 35

consularem triumphalemque a collegae ui defenderent. octo tribuni cognita causa decreuerunt. Eius decreti uerba, quae posui, ex annalium monumentis exscripta sunt: 'Quod P. Scipio Africanus postulauit pro L. Scipione Asiatico fratre, cum contra leges contraque morem maiorum tribunus pl. 5 hominibus accitis per uim inauspicato sententiam de eo tulerit multamque nullo exemplo irrogauerit praedesque eum ob eam rem dare cogat aut, si non det, in uincula duci iubeat, ut eum a collegae ui prohibeamus. et quod contra collega postulauit, ne sibi intercedamus, quominus 10 suapte potestate uti liceat, de ea re nostrum sententia omnium ea est: si L. Cornelius Scipio Asiaticus collegae arbitratu praedes dabit, collegae, ne eum in uincula ducat, intercedemus; si eius arbitratu praedes non dabit, quominus collega sua potestate utatur, non intercedemus'. Post hoc decretum, 15 cum Augurinus tribunus L. Scipionem praedes non dantem prendi et in carcerem duci iussisset, tunc Tiberius Sempronius Gracchus tr. pl., pater Tiberi atque C. Gracchorum, cum P. Scipioni Africano inimicus grauis ob plerasque in re publica dissensiones esset, iurauit palam in 20 amicitiam inque gratiam se cum P. Africano non redisse, atque ita decretum ex tabula recitauit. Eius decreti uerba haec sunt. 'Cum L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans hostium duces in carcerem coniectarit, alienum uidetur esse dignitate rei publicae, in eum locum imperatorem populi 25 Romani duci, in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostium: itaque L. Cornelium Scipionem Asiaticum a collegae ui prohibeo'. (*seq. fr. Valer. Ant. 45 z.*)

4*. *Plin. n. h. XVI 36* Scandula contectam fuisse Romam ad Pyrrhi usque bellum annis CCCCLXX Cornelius 30 Nepos auctor est.

5*. *Plin. n. h. XXXVI 48* Primum Romae parietes crusta marmoris operuisse totos domuus suae in Caelio monte Cornelius Nepos tradit Mamurram Formis natum, equitem Romanum, praefectum fabrum C. Caesaris in Gallia, 35 ne quid indignitati desit, tali auctore inuenta re. hic namque est Mamurra Catulli Veroniensis carminibus proscissus,

quem, ut res est, domus ipsius clarius quam Catullus dixit habere quidquid habuisset comata Gallia. namque adicit idem Nepos primum totis aedibus nullam nisi e marmore columnam habuisse et omnis solidas e Carystio aut Luniensi.

6*. *Plin. n. h. XXXIII 146* Cornelius Nepos tradit 5 ante Sullae uictoriam duo tantum triclinia Romae fuisse argentea, repositoriis argentum addi sua memoria coeptum.

7*. *Plin. n. h. XXXVI 59* Onychem in Arabiae tantum montibus nec usquam aliubi nasci putauere nostri ueteres, Sudines in Carmania. potoris primum uasis inde 10 factis, dein pedibus lectorum sellisque Nepos Cornelius tradit magno fuisse miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo Chiorum magnitudine cadorum ostendisset, post quinquennium deinde XXXII pedum longitudine columnas uidisse se. 15

8*. *Plin. n. h. VIIII 137* Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obiit: 'Me', inquit, 'iuuene uiolacea purpura uigebat, cuius libra denariis centum uenibat, nec multo post rubra Tarentina. huic successit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. hac P. Len- 20 tulus Spinther aedilis curulis primus in praetexta usus improbabatur, qua purpura quis non iam', inquit, 'triclinaria facit?'

9*. *Plin. n. h. X 60* Cornelius Nepos, qui diui Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paulo ante coeptos 25 saginari, addidit ciconias magis placere quam grues, cum haec nunc ales inter primas expetatur, illam nemo uelit attigisse.

10*. *Plin. n. h. VIIII 60* Apud antiquos piscium nobilissimus habitus accipenser. — postea praecipuam aucto- 30 ritatem fuisse lupo et asellis Nepos Cornelius et Laberius poeta mimorum tradidere.

11*. *Suet. Aug. 77* Non amplius ter bibere eum [*Augustum*] solitum super cenam in castris apud Mutinam Cornelius Nepos tradit. 35

12*. *Plin. n. h. XIII 104* Eadem Africa, qua uergit ad nos, insignem arborem loton gignit, quam uocat celthim,

et ipsam Italiae familiarem sed terra mutatam. praecipua est circa Syrtis atque Nasamonas. magnitudo quae piro, quamquam Nepos Cornelius breuem tradit. — uinum quoque exprimitur illi simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos, bacasque concisas cum alica ad cibos 5 doliis condi.

13*. *Prisc. VIII p. 383 H.* Nepos: Aedis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio.

EX LIBRIS INCERTIS

1. *Char. I p. 101 K.* Largitudo nusquam inuenitur nisi apud Nepotem. 10

2. *De dub. nom. V p. 576 K.* Culmum generis neutri, ut Nepos uult.

M. TERENTIVS VARRO

(Hieron. ad a. Abr. 1901 = 116. 638 p. 131 Sch. 'M. Terentius Varro philosophus et poeta nascitur'. [Reate.] — Legatus Cn. Pompei bello piratico a. 67. 687, postea (incertum quo anno) praetor. — a. 49. 705 legatus Pompei in Hispania Caesari se dedere coactus. — a. 43. 711 Antonio auctore proscriptus sed Fufii Caleni beneficio seruatus. — Hieron. ad a. Abr. 1990 = 27. 727 p. 141 Sch. 'M. Terentius Varro — prope nonagenarius moritur.')

DE FAMILIIS TROIANIS

FRAGMENTVM

1. *Seru. ad Verg. Aen. V 704* Quod autem dicit 'Pallas quem docuit', propter illud quod supra diximus, fingitur, quia ipse [*Nautes*] Romam Palladium detulit. unde 15 Nautiorum familia Mineruae sacra retinebat, quod etiam Varro docet in libris quos de familiis Troianis scripsit. (*cf. ad III 407.*) — *ad II 166* Hoc [*Palladium*] cum postea Diomedes haberet, ut quidam dicunt: quod et Vergilius ex parte tangit, et Varro plenissime dicit: credens sibi non 20 esse aptum, propter sua pericula, quibus numquam cariturum responsis cognouerat, nisi Troianis Palladium red-

didisset, transeunti per Calabriam Aeneae offerre conatus est. sed cum se ille uelato capite sacrificans conuertisset, Nautes quidam accepit simulacrum: unde Mineruae sacra non Iulia gens habuit, sed Nautiorum.

DE GENTE POPVLI ROMANI LIBRI IIII

TESTIMONIVM

1. *August. de ciu. d. XVIII 2* Ninus ergo iam secundus rex erat Assyriorum, qui patri suo Belo successerat, regni illius primo regi, quando in terra Chaldaeorum natus est Abraham. Erat enim tempore illo regnum Sicyoniorum admodum paruum, a quo ille undecumque doctissimus Marcus Varro scribens de gente populi Romani, uelut antiquo tempore, exorsus est. ab his enim Sicyoniorum regibus ad Athenienses peruenit, a quibus ad Latinos, inde Romanos. — Sed quoniam res Graecae multo sunt nobis quam Assyriae notiores, et per Graecos ad Latinos ac deinde ad Romanos, qui etiam ipsi Latini sunt, temporum seriem deduxerunt qui gentem populi Romani in originis eius antiquitate rimati sunt: ob hoc —, res —, quas propter comparationem ciuitatis utriusque, terrenae scilicet et caelestis, huic operae oportet inserere, magis ex Graecis et Latinis, ubi et ipsa Roma quasi secunda Babylonia est, debemus assumere. *uid. fr. 7.*

FRAGMENTA

1. *Charis. I p. 125 K.* Continenti. Varro de gente *populi Romani* libro I: In terra continenti.

2. *Charis. I p. 130 K.* Fagus. Varro de gente p. R. I: Fagus quas Graece φηγοὺς uocant. (*uid. p. 128 K.*)

3*. *Censor. d. d. n. c. 21, 1* Nunc uero id interuallum temporis tractabo, quod ἱστορικὸν Varro adpellat. hic enim tria discrimina temporum esse tradit, primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam uocatur ἄδηλον, secundum a cataclysmo priore ad olympiadem primam, quod, quia in eo multa fabulosa referuntur, μυθικὸν nominatur, tertium a prima olympiade ad

nos, quod dicitur ἱστορικόν, quia res in eo gestae ueris historiis continentur. primum enim tempus, siue habuit initium seu semper fuit, certe quot annorum sit, non potest conprehendi. secundum non plane quidem scitur, sed tamen ad mille circiter et sescentos annos esse creditur. a priore 5 scilicet cataclysmo, quem dicunt et Ogygii, ad Inachi regnum anni *sunt* circiter quadringenti . . . . ., hinc ad olympiadem primam paulo plus quadringenti. quos solos, quamuis mythici temporis postremos, tamen quia a memoria scriptorum proximos quidam certius definire uoluerunt. et 10 quidem Sosibius scripsit esse CCCLXXXXV, Eratosthenes autem septem et quadringentos, Timaeus CCCCXVII, Aretes DXIII, et praeterea multi diuerse, quorum etiam ipsa dissensio incertum esse declarat. de tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores dissensio in sex septemue tan- 15 tummodo annis uersata: sed hoc quodcumque caliginis Varro discussit et pro cetera sua sagacitate nunc diuersarum ciuitatium conferens tempora, nunc defectus eorumque interualla retro dinumerans eruit uerum lucemque ostendit, per quam numerus certus non annorum modo sed et dierum 20 perspici possit.

4. *August. de ciu. d. XXII 28* Mirabilius autem quiddam Marcus Varro ponit in libris, quos conscripsit de gente populi Romani, cuius putaui uerba ipsa ponenda: Genethliaci quidam scripserunt, inquit, esse in renascendis 25 hominibus, quam appellant παλιγγενεσίαν Graeci; hac scripserunt confici in annis numero quadringentis quadraginta, ut idem corpus et eadem anima, quae fuerint coniuncta in homine aliquando, eadem rursus redeant in coniunctionem. 30

5. *August. d. ciu. d. XVIII 8* Quamquam Ogygus ipse quando fuerit, cuius temporibus etiam diluuium magnum factum est, non illud maximum, quo nulli homines euaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt, quod gentium nec Graeca nec Latina nouit historia, sed tamen maius quam postea 35 tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historiae non conuenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cuius mentionem

superius feci [*c. 2, testim. 1*], et nihil sibi, ex quo perueniat ad res Romanas, proponit antiquius quam Ogygi diluuium, hoc est Ogygi factum temporibus. = *Schol. in Stat. Theb. I 173* Ogyges, ut Varro docet in libris de gente populi Romani, rex fuit Thebanorum, sub quo pri- 5 mum diluuium factum est, longe antequam illud quod sub Deucalione factum esse narratur.

6. *August. de ciu. d. XXI 8* Est in Marci Varronis libris, quorum inscriptio est de gente populi Romani, quod eisdem uerbis, quibus ibi legitur, et hic ponam: In caelo, 10 inquit, mirabile extitit portentum; nam in stella Veneris nobilissima, quam Plautus Vesperuginem [*Amph. 275*], Homerus [*Il. XXII 318*] Hesperon appellat, pulcherrimam dicens, Castor scribit tantum portentum extitisse, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum; quod factum ita 15 neque antea neque postea sit: hoc factum Ogygo rege dicebant Adrastos Cyzicenos et Dion Neapolitanus, mathematici nobiles.

7. *Arnob. adu. nat. V 8* Varro ille Romanus multiformibus eminens disciplinis et in uetustatis indagatione 20 rimator, in librorum quattuor primo, quos de gente conscriptos Romani populi dereliquit, curiosis computationibus edocet, ab diluuii tempore, cuius supra fecimus mentionem [*Deucalionis*], ad usque Hirti consulatum et Pansae annorum esse milia nondum duo. 25

8*. *August. de ciu. d. XVIII 3* Sane quod praetereundum non fuit, etiam apud sepulcrum septimi sui regis Thuriaci sacrificare Sicyonios solere Varro refert. (*cf. c. 2 extr.*)

9*. *August. de ciu. d. XVIII 40* Frustra itaque uanissima praesumptione garriunt quidam dicentes, ex quo 30 Aegyptus rationem siderum conprehendit, amplius quam centum annorum milia numerari. in quibus enim libris istum numerum collegerunt, qui non multum ante annorum duo milia litteras magistra Iside didicerunt? Non enim paruus auctor est in historia Varro, qui hoc prodidit, quod 35 a litterarum etiam diuinarum ueritate non dissonat. *cf. XVIII 3* Nam et Io filia Inachi fuisse perhibetur, quae

postea Isis appellata, ut magna dea culta est in Aegypto, quamuis alii scribant eam ex Aethiopia in Aegyptum uenisse reginam, et quod late iusteque imperauerit eisque multa commoda et litteras instituerit, hunc honorem illi habitum esse diuinum, postea quam ibi mortua est, et tantum ho- 5 norem, ut capitali crimine reus fieret, si quis eam fuisse hominem diceret.

10*. *August. de ciu. d. XVIII 5* His temporibus rex Argiuorum Apis nauibus transuectus in Aegyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus 10 Aegyptiorum deus. Nominis autem huius, cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, facillimam rationem Varro reddidit. quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum uocant, σορὸς dicitur Graece, et ibi eum uenerari sepultum coeperant, prius- 15 quam templum eius esset extructum: uelut soros et Apis Sorapis primo, deinde una littera, ut fieri adsolet, commutata Serapis dictus est. et constitutum est etiam de illo, ut, quisquis eum hominem fuisse dixisset, capitalem penderet poenam. et quoniam fere in omnibus templis, ubi cole- 20 bantur Isis et Serapis, erat etiam simulacrum, quod digito labiis inpresso admonere uideretur, ut silentium fieret, hoc significare idem Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur. Ille autem bos, quem mirabili uanitate deceptus Aegyptus in eius honorem deliciis affluentibus alebat, 25 quoniam eum sine sarcophago uiuum uenerabantur, Apis, non Serapis uocabatur. quo boue mortuo quoniam quaerebatur et reperiebatur uitulus coloris eiusdem, hoc est albis quibusdam maculis similiter insignitus, mirum quiddam et diuinitus sibi procuratum esse credebant. 30

11*. *August. de ciu. d. XVIII 9* Nam ut Athenae uocarentur, quod certe nomen a Minerua est, quae Graece Ἀθηνᾶ dicitur, hanc causam Varro indicat: Cum apparuisset illic repente oliuae arbor et alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista mouerunt, et misit ad Apollinem Delphicum 35 sciscitatum, quid intellegendum esset quidue faciendum. ille respondit, quod olea Mineruam significaret, unda Neptunum

et quod esset in ciuium potestate, ex cuius potius nomine duorum deorum, quorum illa signa essent, ciuitas uocaretur. isto Cecrops oraculo accepto ciues omnes utriusque sexus (mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiam feminae publicis consultationibus interessent) ad ferendum suffra- 5 gium conuocauit. consulta igitur multitudine mares pro Neptuno, feminae pro Minerua tulere sententias, et quia una plus inuenta est feminarum, Minerua uicit. tunc Neptunus iratus marinis fluctibus exaestuantibus terras Atheniensium populatus est. — cuius ut iracundia placa- 10 retur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres, ut nulla ulterius ferrent suffragia, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, ut ne quis eas Athenaeas uocaret. *cf. c. 10* Et tamen — tantam Neptuni et Mineruae litem suis litteris inserit [*Varro*], — ut, 15 cum prodigiorum ostentatione contenderent, inter eos iudicare nec Apollo consultus auderet, sed deorum iurgium finiendum, sicut memoratarum trium dearum ad Paridem Iuppiter, ita et iste ad homines mitteret, ubi uinceret Minerua suffragiis et q. s. 20

12*. *August. de ciu. d. XVIII 10* Et tamen Marcus Varro non uult fabulosis aduersus deos fidem adhibere figmentis, ne de maiestatis eorum dignitate indignum aliquid sentiat. et ideo nec Areon pagon — uult inde accepisse nomen, quod Mars, qui Graece *Ἄρης* dicitur, cum homicidii crimine reus fieret, 25 iudicantibus duodecim diis in eo pago sex sententiis absolutus est (quia ubi paris numeri sententiae fuissent, praeponi absolutio damnationi solebat); sed contra istam, quae multo amplius est celebrata, opinionem aliam quandam de obscurarum notitia litterarum causam nominis huius conatur 30 astruere, ne Areon pagon Athenienses de nomine Martis et pagi quasi Martis pagum nominasse credantur, in iniuriam uidelicet numinum, a quibus litigia uel iudicia existimat aliena; non minus hoc, quod de Marte dicitur, falsum esse adseuerans, quam illud quod de tribus deabus, Iunone 35 scilicet et Minerua et Venere, quae pro malo aureo adipiscendo apud iudicem Paridem de pulchritudinis excel-

lentia certasse narrantur et ad placandos ludis deos, qui delectantur seu ueris seu falsis istis criminibus suis, inter theatricos plausus cantantur atque saltantur. haec Varro non credit, ne deorum naturae seu moribus credat incongrua. 5

13*. *Aug. de ciu. d. XVIII 10* His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao, successore Cecropis — diluuium fuit, quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus, ubi maxime factum est. Hoc autem diluuium nequaquam ad 10 Aegyptum atque ad eius uicina peruenit.

14. *August. de ciuit. d. XVIII 13* Hae fabulae [*Triptolemi, Minotauri, Centaurorum et cet.*] bellum ad usque Troianum, ubi secundum librum Marcus Varro de populi Romani gente finiuit, ex occasione historiarum, quae res 15 ueraciter gestas continent, ita sunt ingeniis hominum fictae, ut non sint opprobriis numinum adfixae.

15. *Charis. I p. 99 K.* Olympia feminino genere locus ipse dicitur, certamina uero neutraliter. nam Varro ait... sed idem de gente populi Romani III: Ludos Olympia 20 fecerat.

16. *Charis. I p. 61 (=137) K.* Mare. — Varro de gente populi Romani III: A mare operta oppida, pro a mari, ut refert Plinius.

17*. *August. de ciu. d. XVIII 16* Troia — euersa 25 excidio illo — quod — insigniter diffamatum atque uulgatum est gestumque regnante iam Latino Fauni filio, ex quo Latinorum regnum dici coepit Laurentumque cessauit, Graeci uictores deletam Troiam relinquentes et ad propria remeantes diuersis et horrendis cladibus dilacerati 30 atque contriti sunt; et tamen etiam ex eis deorum suorum numerum auxerunt. Nam et Diomeden fecerunt deum, quem poena diuinitus inrogata perhibent ad suos non reuertisse, eiusque socios in uolucres fuisse conuersos non fabuloso poeticoque mendacio, sed historica adtestatione confirmant, 35 quibus nec deus, ut putant, factus humanam reuocare naturam uel ipse potuit uel certe a Ioue suo rege tamquam

caelicola nouicius impetrauit. quin etiam templum eius esse aiunt in insula Diomedea, non longe a monte Gargano, qui est in Apulia, et hoc templum circumuolare atque incolere has alites tam mirabili obsequio, ut aquam impleant et aspergant; et eo si Graeci uenerint uel Graecorum stirpe 5 prognati, non solum quietas esse, uerum et insuper adulare, si autem alienigenas uiderint, subuolare ad capita tamque grauibus ictibus, ut etiam perimant, uulnerare. nam duris et grandibus rostris ad haec proelia perhibentur armatae. Hoc Varro ut astruat, commemorat alia non minus incre- 10 dibilia de illa maga famosissima Circe, quae socios quoque Vlixis mutauit in bestias, et de Arcadibus, qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum atque ibi conuertebantur in lupos et cum similibus feris per illius regionis deserta uiuebant. si autem carne non uescerentur humana, rursus 15 post nouem annos eodem renatato stagno reformabantur in homines. denique etiam nominatim expressit quendam Demaenetum, cum gustasset de sacrificio, quod Arcades immolato puero deo suo Lycaeo facere solerent, et in lupum fuisse mutatum et anno decimo in figuram propriam resti- 20 tutum pugilatum sese exercuisse et Olympiaco uicisse certamine. nec idem propter aliud arbitratur historicus in Arcadia tale nomen adfictum Pani Lycaeo et Ioui Lycaeo, nisi propter hanc in lupos hominum mutationem, quod eam nisi ui diuina fieri non putarent. lupus enim Graece 25 *λύκος* dicitur, unde Lycaei nomen apparet inflexum. Romanos enim lupercos ex illorum mysteriorum ueluti semine dicit exortos.

18. *Seru. in Verg. Aen. VII 657* Auentinus mons urbis Romae est, quem constat ab auibus esse nominatum, 30 quae de Tiberi ascendentes illic sedebant. — Quidam etiam rex Aboriginum Auentinus nomine illic et occisus et sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Auentinus, cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem 35 ab Auente fluuio prouinciae suae appellauerunt Auentinum. constat ergo has uarias opiniones postea secutas. nam a

principio Auentinus dictus est ab auibus uel a rege Aboriginum. (*cf. August. d. ciu. d. XVIII 21.*)

19*. *Augustin. de ciu. d. XVIII 23* Eodem tempore [*quo Roma condita est*] nonulli Sibyllam Erythraeam uaticinatam ferunt. Sibyllas autem Varro prodit plures fuisse, 5 non unam.

20. *Seru. in Verg. Aen. IX 603* Italiae disciplina et uita laudatur, quam et Cato in originibus [*fr. 76*] et Varro in gente populi Romani commemorat.

21. *Seru. in Verg. Aen. VII 176* Maiores enim nostri 10 sedentes epulabantur, quem morem habuerunt a Laconibus et Cretensibus: ut Varro docet in libris de gente populi Romani, in quibus dicit, quid a quaque traxerint gente per imitationem.

22. *Seru. in Verg. Aen. VI 760* Pura hasta] i. e. 15 sine ferro. nam hoc fuit praemium apud maiores eius, qui tunc primum uicisset in proelio, sicut ait Varro in libris de gente populi Romani.

23. *Seru. in Verg. georg. III 18* Centum quadriiugos agitabo ad flumina] i. e. unius diei exhibebo circenses, quia, 20 ut Varro dicit in libris de gente populi Romani, olim XXV missus fiebant, sed uicesimus quintus dicebatur aerarius, eo quod de collatione populi exhibebatur. qui desiit esse, postquam conferendae pecuniae est consuetudo sublata, unde hodieque permansit, ut ultimus missus appelletur aerarius. 25 ergo centum currus secundum antiquitatem dixit, sicut etiam ad flumina. olim enim in litore fluminis circenses agitabantur, in altero latere positis gladiis, ut ab utraque parte esset ignauiae praesens periculum. unde et circenses dicti sunt, quia exhibebantur in circuitu ensibus positis, 30 licet alii a circumeundo dicant circenses uocari. (*cf. ad Aen. VIII 636.*)

ANNALIVM LIBRI III

TESTIMONIVM

1. *Ind. Hieron. ap. Ritschel. op. III p. 526* Annalium III.

FRAGMENTA

1. *Charis. I p. 105 K.* Scriptulum, quod nunc uulgus sine t dicit, Varro in Plutotoryne dixit. idem in annali: 'Nummum argenteum flatum primum a Seruio Tullio dicunt. is IIII scripulis maior fuit quam nunc *est*'.

384/370 **2.** *Gell. XVII 21, 33* Neque multo postea [*post incendium Gallicum*] — M. Manlius Romae, qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, conuictus est, consilium de regno occupando inisse, dampnatusque capitis e saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, praeceps datus, ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit [*chron. fr. 5*], uerberando necatus est. 5 10

RERVM VRBANARVM LIBRI III

TESTIMONIVM

1. *Ind. Hieron. apud Ritschel. op. III p. 526* Rerum urbanarum libros III.

FRAGMENTVM

1. *Charis. I p. 133 K.* Innocente Varro de rebus urbanis III: Spartaco innocente coniecto ad gl*adiatori*um. 15

LEGATIONVM LIBRI III

TESTIMONIVM

1. *Ind. Hieron. ap. Ritschel. op. III p. 526* Legationum III.

DE POMPEIO LIBRI III

TESTIMONIVM

1. *Ind. Hieron. ap. Ritschel. op. III p. 526* De Pompeio III.

DE SVA VITA LIBRI III

TESTIMONIVM

1. *Ind. Hieron. ap. Ritschel. op. III p. 526* De sua uita libros III.

FRAGMENTVM

1. *Char. I p. 89* Nam et Varro de uita sua non tantum huius Sarapis declinauit sed et Isis. 20

L. ATEIVS PHILOLOGVS

TESTIMONIVM

1. *Suet. de gramm. 10 p. 107 Rf.* Ateius Philologus libertinus Athenis est natus. hunc Capito Ateius notus iuris consultus inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait. de eodem Asinius Pollio in libro, quo Sallustii scripta reprehendit ut nimia priscorum uerborum imitatione oblita, ita tradit: 'In eam rem adiutorium ei fecit maxime quidem Ateius Praetextatus nobilis grammaticus Latinus, declamantium deinde auditor atque praeceptor, ad summam Philologus ab semet nominatus'. — coluit postea familiarissime C. Sallustium et eo defuncto Asinium Pollionem, quos historiam componere aggressos alterum breuiario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas uellet eligeret, instruxit, alterum praeceptis de ratione scribendi. quo magis miror Asinium credidisse, antiqua eum uerba et figuras solitum esse colligere Sallustio, cum sibi sciat nil aliud suadere quam ut noto ciuilique et proprio sermone utatur uitetque maxime obscuritatem Sallusti et audaciam in translationibus.

FRAGMENTVM

1*. *Seru. ad Verg. Aen. I 273* Ateius adserit Romam ante aduentum Euandri diu Valentiam uocitatam, sed post Graeco nomine Romen uocitatam.

C. SVLPICIVS GALBA

TESTIMONIA

1. *Suet. Galb. 3* Auus [*Galbae imperatoris*], clarior studiis quam dignitate (non enim egressus praeturae statum) multiplicem nec incuriosam historiam edidit.
2. *Plinio in n. h. auctor fuit C. Galba sec. ind. in lib. XXXVI.*

FRAGMENTA

1. *Plut. Rom. 17* Ἑάλω δὲ καὶ [*cum filia Tarpeia*] Ταρπήϊος προδοσίας ὑπὸ Ῥωμύλου διωχθείς, ὡς Ἰόβας φησὶ Γάλβαν Σουλπίκιον ἱστορεῖν.

76/678 2. *Oros. V 23, 6* Pompeius contracto apud Palantiam exercitu Lauronem ciuitatem, quam tunc Sertorius oppugnabat, frustra conatus defendere uictus aufugit. — fuisse tunc Pompeio triginta millia peditum, mille equites Galba scribit, Sertorium autem sexaginta millia peditum octo millia equitum habuisse commemorat.

L. ARRVNTIVS

TESTIMONIA

1. *Vt uidetur, L. f. L. n. cos. a. 22. 732, qui post alia discrimina Octauianum secutus pugnae Actiacae cum laude interfuit. uid. Vell. II 86, 2* Sosium L. Arruntii prisca grauitate celeberrimi fides, mox odium clementia eluctatus sua, Caesar seruauit incolumem. [*a. 31. 723.*] *uid. fr.*

2. *Arruntius Plinio in n. h. auctor fuit sec. ind. in libr. III. V. VI.*

HISTORIARVM BELLI PVNICI TESTIMONIVM ET FRAGMENTA

1—7. *Senec. epist. XIX 5 (114) 17* Haec uitia unus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est: ceteri imitantur et alter alteri tradunt: sic Sallustio uigente anputatae sententiae et uerba ante exspectatum cadentia et obscura breuitas fuere pro cultu. L. Arruntius, uir rarae frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus et in illud genus nitens. Est apud Sallustium: 'exercitum argento fecit', id est pecunia parauit: hoc Arruntius amare coepit, posuit illud omnibus paginis. 1. dicit quodam loco: 'Fugam nostris fecere'. 2. alio loco: 'Hiero, rex Syracusanorum, bellum fecit'. 3. et alio loco: 'Quae audita Panhormi-

tanos dedere Romanis fecere. Gustum tibi dare uolui: totus his contexitur liber. quae apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt et paene continua: ille enim in haec incidebat, at hic illa quaerebat. uides autem, quid sequatur, ubi alicui uitium pro exemplo est. Dixit 5 Sallustius 'aquis hiemantibus': 4. Arruntius in primo libro belli Punici ait 'Repente hiemauit tempestas', 5. et alio loco cum dicere uellet frigidum annum fuisse, ait 'Totus hiemauit annus', 6. et alio loco 'Inde sexaginta onerarias leues praeter militem et necessarios nautarum hiemante 10 aquilone misit'. non desinit omnibus locis hoc uerbum infulcire. Quodam loco dicit Sallustius 'Inter arma ciuilia aequi bonique famas petit': 7. Arruntius non temperauit, quo minus primo statim libro poneret: 'Ingentes esse famas de Regulo'. 15

TANVSIVS GEMINVS

TESTIMONIA DE ANNALIBVS VERSIBVS CONSCRIPTIS

1. *Catull. 36, 1* Annales Volusi, cacata charta uotum soluite pro mea puella. — *(18)* At uos interea uenite in ignem, pleni ruris et inficetiarum annales Volusi, cacata charta. [*cf. Senec. ep. XV 1 (93), 11* Annales Tanusii scis quam ponderosi sint et quid uocentur. hoc est uita quorumdam 20 longa, et quod Tanusii sequitur annales.] *Catull. 95, 7* At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam et laxas scombris saepe dabunt tunicas.

HISTORIAE FRAGMENTA

1. *Suet. Caes. 9* Siquidem ante paucos dies, quam 66/688 aedilitatem iniret [*Caesar*], uenit in suspicionem conspirasse cum M. Crasso consulari, item P. Sulla et L. Autronio post designationem consulatus ambitus condemnatis, ut principio anni senatum adorirentur et trucidatis quos placitum esset, dictaturam Crassus inuaderet, ipse ab eo magister equitum diceretur, constitutaque ad arbitrium 30 republica Sullae et Autronio consulatus restitueretur.

Meminerunt huius coniurationis Tanusius Geminus in historia, Marcus Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. — Tanusius adicit Crassum paenitentia uel metu diem caedi destinatum non obisse, et idcirco ne Caesarem quidem signum, quod ab eo dari conuenerat, dedisse. 5

55/699 2. *Plut. Caes. 22* Τανύσιος δὲ λέγει Κάτωνα, τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ [*Vsipetum Tencterorumque*] ψηφιζομένης ἑορτὰς καὶ θυσίας ἀποφήνασθαι γνώμην, ὡς ἐκδοτέον ἐστὶ τὸν Καίσαρα τοῖς βαρβάροις ἀφοσιουμένους τὸ παρασπόνδημα ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τὴν ἀρὰν εἰς τὸν αἴτιον τρέποντας. 10 = *App. de reb. Gall. 18 p. 55 Mend.* τῶν τις συγγραφέων. (*uid. Plut. Cat. min. 51. comp. Nic. et Crass. 4.*)

M. IVNIVS BRVTVS

(praetor in Gallia cisalpina 46. 708, urbanus 42. 712, 42. 712.)

EPITOMARVM TESTIMONIA

1. *Plut. Brut. 4* Ἐν δὲ τῇ στρατείᾳ τῆς ἡμέρας, ὅσα μὴ Πομπηΐῳ συνῆν [*Brutus*], περὶ λόγους καὶ βιβλία διέτριβεν, οὐ μόνον τὸν ἄλλον χρόνον ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς μεγάλης 15 μάχης [*ad Pharsalum*]. ἦν μὲν ἀκμὴ θέρους καὶ καῦμα πολὺ πρὸς ἑλώδεσι χωρίοις ἐστρατοπεδευκότων, τῷ δὲ Βρούτῳ οὐ ταχέως ἧκον οἱ τὴν σκηνὴν κομίζοντες. ἐκπονηθεὶς δὲ περὶ ταῦτα μεσημβρίας μόλις ἀλειψάμενος καὶ φαγὼν ὀλίγα τῶν ἄλλων ἢ καθευδόντων ἢ πρὸς ἐπινοίᾳ καὶ φροντίδι τοῦ 20 μέλλοντος ὄντων αὐτὸς ἄχρι τῆς ἑσπέρας ἔγραφε συντάττων ἐπιτομὴν Πολυβίου.

2. *Cic. ad Att. XIII 8* [*scr. a. 45. 709*] Epitomen Bruti Caelianorum uelim mihi mittas. *cf. Brut. 26, 102* L. Caelius Antipater scriptor, quemadmodum uidetis [*Attice et Brute*], 25 fuit ut temporibus illis luculentus, iuris ualde peritus.

FRAGMENTA

1. *Charis. II p. 220 K.* 'Subinde' Nepos de inlustribus uiris II, sed et Brutus et Coelius [*fr. 60*] frequenter eo usi sunt.

2. *Cic. ad Att. XII 5, 3* [*scr. a. 46. 708*] Conturbabat enim me in Bruti epitoma Fannianorum quod erat in extremo et q. s. = *Fann. fr. 9 p. 89.*

P. VOLVMNIVS

TESTIMONIVM

1. *Plut. Brut. 48* *Πόπλιος δὲ Βολούμνιος, ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ συνεστρατευμένος ἀπ' ἀρχῆς Βρούτῳ.* [*fr. 1.*] 5

CONMENTARIORVM DE PVGNA PHILIPPENSI FRAGMENTA

1*. *Plut. Brut. 48* *Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ νυκτὶ* [*ante pugnam Philippensem*] *πάλιν φασὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τὸ φάσμα τῷ Βρούτῳ καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιδειξάμενον ὄψιν οὐδὲν εἰπεῖν, ἀλλ' οἴχεσθαι. Πόπλιος δὲ Βολούμνιος, ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ συνεστρατευμένος ἀπ' ἀρχῆς Βρούτῳ, τοῦτο μὲν οὐ λέγει τὸ* 10 *σημεῖον, μελισσῶν δέ φησι τὸν πρῶτον ἀετὸν ἀνάπλεων γενέσθαι· καὶ τῶν ταξιάρχων τινὸς ἀπ' αὐτομάτου τὸν βραχίονα μύρον ῥόδινον ἐξανθεῖν καὶ πολλάκις ἐξαλείφοντας καὶ ἀπομάττοντας μηδὲν περαίνειν. Καὶ πρὸ τῆς μάχης αὐτῆς ἀετοὺς δύο συμπεσόντας ἀλλήλοις ἐν μεταιχμίῳ τῶν* 15 *στρατοπέδων μάχεσθαι. καὶ σιγὴν ἄπιστον ἔχειν τὸ πεδίον θεωμένων ἁπάντων, εἶξαι δὲ καὶ φυγεῖν τὸν κατὰ Βροῦτον. Ὁ δὲ Αἰθίοψ περιβόητος γέγονεν ὁ τῆς πύλης ἀνοιχθείσης ἀπαντήσας τῷ φέροντι τὸν ἀετὸν καὶ κατακοπεὶς ταῖς μαχαίραις ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν οἰωνισαμένων.* 20

$\frac{42}{712}$

2*. *Plut. Brut. 51* *Βροῦτος δὲ* [*post pugnam Philippensem*] *διαβάς τι ῥεῖθρον ὑλῶδες καὶ παράκρημνον ἤδη σκότους ὄντος οὐ πολὺς προῆλθεν ἀλλ' ἐν τόπῳ κοίλῳ καὶ πέτραν ἔχοντι μεγάλην προκειμένην καθίσας, ὀλίγων περὶ αὐτὸν ἡγεμόνων καὶ φίλων ὄντων πρῶτα μὲν ἀποβλέψας* 25 *εἰς τὸν οὐρανὸν ἀστέρων ὄντα μεστὸν ἀνεφθέγξατο δύο στίχους, ὧν τὸν ἕτερον Βολούμνιος ἀνέγραψε 'Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν'* [*Eurip. Med. 332*]. *τοῦ δ' ἑτέρου φησὶν ἐπιλαθέσθαι κ. τ. λ.* (*cf. App. b. c. IIII 130.*)

$\frac{42}{712}$

L. CALPVRNIVS BIBVLVS

(filius Porciae et cos. a. 59. 695, pugnae Philippensi interfuit, anno fere 31. 723 mortuus est, cum legatus Antonii in Syria esset.)

CONMENTARII DE BRVTO TESTIMONIVM

1. *Plut. Brut. 13* Καί τι βιβλίδιον μικρὸν ἀπομνημονευμάτων Βρούτου γεγραμμένον ὑπ' αὐτοῦ [*a Bibulo*] διασώζεται.

FRAGMENTVM

44/710 **1.** *Plut. Brut. 23* Ἤδη δὲ τῶν μὲν ὡς Καίσαρα, τῶν δ' ὡς Ἀντώνιον διισταμένων — παντάπασι καταγνοὺς τῶν πραγμάτων [*Brutus*] ἔγνω καταλιπεῖν Ἰταλίαν καὶ πεζῇ διὰ 5 Λευκανίας εἰς Ἐλέαν ἐπὶ θάλασσαν ἧκεν. Ὅθεν ἡ Πορκία μέλλουσα πάλιν εἰς Ῥώμην ἀποτραπέσθαι λανθάνειν μὲν ἐπειρᾶτο περιπαθῶς ἔχουσα· γραφὴ δέ τις αὐτὴν προὔδωκε τἆλλα γενναίαν οὖσαν. ἦν γὰρ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν διάθεσις, προπεμπόμενος Ἕκτωρ ὑπὸ Ἀνδρομάχης κομιζομένης παρ' 10 αὐτοῦ τὸ παιδίον, ἐκείνῳ δὲ προσβλεπούσης. ταῦτα θεωμένην τὴν Πορκίαν ἡ τοῦ πάθους εἰκὼν ἐξέτηξεν εἰς δάκρυα· καὶ πολλάκις φοιτῶσα τῆς ἡμέρας ἔκλαιεν. Ἀκιλίου δέ τινος τῶν Βρούτου φίλων τὰ πρὸς Ἕκτορα τῆς Ἀνδρομάχης ἔπη διελθόντος 15

Ἕκτορ, ἀτάρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης,

μειδιάσας ὁ Βροῦτος: ''Ἀλλ' οὐκ ἐμοί γ'' εἶπε 'πρὸς Πορκίαν ἔπεισι φάναι τὰ τοῦ Ἕκτορος: ''Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε'. σώματος γὰρ ἀπολείπεται φύσει 20 τῶν ἴσων ἀνδραγαθημάτων, γνώμῃ δ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀριστεύει'. Ταῦτα μὲν ὁ τῆς Πορκίας υἱὸς ἱστόρηκε Βύβλος.

EMPYLVS

BRVTI TESTIMONIVM

1. *Plut. Brut. 2* Ὁ δ' Ἔμπυλος, οὗ καὶ αὐτὸς [*Brutus*] ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς καὶ οἱ φίλοι μέμνηνται πολλάκις ὡς συμ- 25

βιοῦντος αὐτῷ, ῥήτωρ ἦν καὶ καταλέλοιπε μικρὸν μέν, οὐ φαῦλον δὲ σύγγραμμα περὶ τῆς Καίσαρος ἀναιρέσεως, ὁ Βροῦτος ἐπιγέγραπται.

MVNATIVS RVFVS

LIBRI DE CATONE VTICENSI TESTIMONIVM

1. *Plut. Cat. min. 37* Καὶ γὰρ αὐτὸς [*Munatius amicus*] σύγγραμμα περὶ τοῦ Κάτωνος ἐξέδωκεν, ᾧ μάλιστα Θρασέας 5 ἐπηκολούθησεν.

FRAGMENTA.

1. *Valer. Max. IIII 3, 2* Verum ut huius uiri [*Scipionis*] abstinentiae testis Hispania, ita M. Catonis Epiros, Achaia, Cyclades insulae, maritima pars Asiae, prouincia Cypros. unde cum pecuniae deportandae ministerium susti- 10 neret, tam auersum animum ab omni uenere quam a lucro habuit, in maxima utriusque intemperantiae materia uersatus. nam et regiae diuitiae potestate ipsius continebantur et fertilissimae deliciarum tot Graeciae urbes necessaria totius nauigationis deuerticula erant. Atque id Munatius 15 Rufus Cypriacae expeditionis fidus comes scriptis suis significat. cuius testimonium non amplector: proprio enim argumento laus ista nititur, quoniam ex eodem naturae utero et continentia nata est et Cato.

58 / 696

2. *Plut. Cat. 36* Διὸ [*nimia diligentia in Ptolemaei hereditate diuendenda Cato*] τοῖς τε ἄλλοις φίλοις ὡς ἀπιστῶν προσέκρουσε καὶ τὸν συνηθέστατον ἁπάντων Μουνάτιον εἰς ὀργὴν ὀλίγου δεῖν ἀνήκεστον γενομένην ἐνέβαλεν, ὥστε καὶ Καίσαρι γράφοντι λόγον κατὰ τοῦ Κάτωνος πικροτάτην τοῦτο τὸ μέρος τῆς κατηγορίας διατριβὴν παρασχεῖν. 25 (37.) Ὁ μέντοι Μουνάτιος οὐκ ἀπιστίᾳ τοῦ Κάτωνος, ἀλλ' ἐκείνου μὲν ὀλιγωρίᾳ πρὸς αὐτόν, αὐτοῦ δέ τινι ζηλοτυπίᾳ πρὸς τὸν Κανίδιον ἱστορεῖ γενέσθαι τὴν ὀργήν. καὶ γὰρ αὐτὸς σύγγραμμα περὶ τοῦ Κάτωνος ἐξέδωκεν, ᾧ μάλιστα Θρασέας ἐπηκολούθησε. Λέγει δὲ ὕστερος μὲν εἰς Κύπρον 30

58 / 696

ἀφικέσθαι καὶ λαβεῖν παρημελημένην ξενίαν, ἐλθὼν δὲ ἐπὶ θύρας ἀπωσθῆναι σκευωρουμένου τι τοῦ Κάτωνος οἴκοι σὺν τῷ Κανιδίῳ, μεμψάμενος δὲ μετρίως οὐ μετρίας τυχεῖν ἀποκρίσεως, ὅτι κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὥς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι πολλάκις· ‘Ἐπεὶ καὶ σύ’, φάναι ‘τῷ μάλιστα φιλεῖν ἧττον οἰόμενος ἢ προσήκει τιμᾶσθαι χαλεπαίνεις. Κανιδίῳ δὲ καὶ δι' ἐμπειρίαν χρῶμαι καὶ διὰ πίστιν ἑτέρων μᾶλλον, ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀφιγμένῳ, καθαρῷ δὲ φαινομένῳ’. Ταῦτα μέντοι μόνον αὐτῷ μόνῳ διαλεχθέντα τὸν Κάτωνα πρὸς τὸν Κανίδιον ἐξενεγκεῖν. Αἰσθόμενος οὖν αὐτὸς οὔτε ἐπὶ δεῖπνον ἔτι φοιτᾶν οὔτε σύμβουλος ὑπακούειν καλούμενος. ἀπειλοῦντος δὲ τοῦ Κάτωνος, ὥσπερ εἰώθασι τῶν ἀπειθούντων, ἐνέχυρα λήψεσθαι, μηδὲν φροντίσας ἐκπλεῦσαι καὶ πολὺν χρόνον ἐν ὀργῇ διατελεῖν· εἶτα τῆς Μαρκίας (ἔτι γὰρ συνῴκει τῷ Κάτωνι) διαλεχθείσης τυχεῖν μὲν ὑπὸ Βάρκα κεκλημένους ἐπὶ δεῖπνον, εἰσελθόντα δὲ ὕστερον τὸν Κάτωνα τῶν ἄλλων κατακειμένων ἐρωτᾶν, ὅπου κατακλιθείη. τοῦ δὲ Βάρκα κελεύσαντος, ὅπου βούλεται, περιβλεψάμενον εἰπεῖν, ὅτι παρὰ Μουνάτιον. καὶ περιελθόντα πλησίον αὐτοῦ κατακλιθῆναι, πλέον δὲ μηθὲν φιλοφρονήσασθαι παρὰ τὸ δεῖπνον. ἀλλὰ πάλιν τῆς Μαρκίας δεομένης τὸν μὲν Κάτωνα γράψαι πρὸς αὐτόν, ὡς ἐντυχεῖν τι βουλόμενον, αὐτὸς δὲ ἥκειν ἕωθεν εἰς τὴν οἰκίαν καὶ ὑπὸ τῆς Μαρκίας κατασχεθῆναι, μέχρι πάντες ἀπηλλάγησαν, οὕτω δὲ εἰσελθόντα τὸν Κάτωνα καὶ περιβαλόντα τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας ἀσπάσασθαι καὶ φιλοφρονεῖσθαι.

3. *Plut. Cat.* 25 Εἶτα ἔγημε [*Cato L. Marcii*] θυγατέρα Φιλίππου Μαρκίαν, ἐπιεικῆ δοκοῦσαν εἶναι γυναῖκα, περὶ ἧς ὁ πλεῖστος λόγος, ⟨καὶ⟩ καθάπερ ἐν δράματι τῷ βίῳ τοῦτο τὸ μέρος προβληματῶδες γέγονε καὶ ἄπορον. Ἐπράχθη δὲ τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς ἱστορεῖ Θρασέας εἰς Μουνάτιον, ἄνδρα Κάτωνος ἑταῖρον καὶ συμβιωτήν, ἀναφέρων τὴν πίστιν. Ἐν πολλοῖς ἐρασταῖς καὶ θαυμασταῖς τοῦ Κάτωνος ἦσαν ἑτέρων ἕτεροι μᾶλλον ἔκδηλοι καὶ διαφανεῖς, ὧν καὶ Κόιντος

Ὁρτήσιος, ἀνὴρ ἀξιώματός τε λαμπροῦ καὶ τὸν τρόπον
ἐπιεικής. ἐπιθυμῶν οὖν τῷ Κάτωνι μὴ συνήθης εἶναι μηδὲ
ἑταῖρος μόνον, ἀλλ' ἁμῶς γέ πως εἰς οἰκειότητα καταμῖξαι καὶ
κοινωνίαν πάντα τὸν οἶκον καὶ τὸ γένος ἐπεχείρησε συμπεί-
θειν, ὅπως τὴν θυγατέρα Πορκίαν Βύβλῳ συνοικοῦσαν καὶ 5
πεποιημένην ἐκείνῳ δύο παῖδας αὐτῷ πάλιν ὥσπερ εὐγενῆ
χώραν ἐντεκνώσασθαι παράσχῃ. δόξῃ μὲν γὰρ ἀνθρώπων
ἄτοπον εἶναι τὸ τοιοῦτον, φύσει δὲ καλὸν καὶ πολιτικόν,
ἐν ὥρᾳ καὶ ἀκμῇ γυναῖκα μήτε ἀργεῖν τὸ γόνιμον ἀποσβέ-
σασαν μήτε πλείονα τῶν ἱκανῶν ἐπιτίκτουσαν ἐνοχλεῖν καὶ 10
καταπτωχεύειν οὐδὲν δεόμενον, κοινουμένους δὲ τὰς δια-
δοχὰς ἀξίοις ἀνδράσι τήν τε ἀρετὴν ἄφθονον ποιεῖν καὶ
πολύχυτον τοῖς γένεσι καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν πρὸς αὑτὴν
ἀνακεραννύναι ταῖς οἰκειότησιν. εἰ δὲ πάντως περιέχοιτο τῆς
γυναικὸς ὁ Βύβλος, ἀποδώσειν εὐθὺς τεκοῦσαν οἰκειότερος 15
αὐτῷ τε Βύβλῳ καὶ Κάτωνι κοινωνίᾳ παίδων γενόμενος.
ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Κάτωνος, ὡς Ὁρτήσιον μὲν ἀγαπᾷ
καὶ δοκιμάζει κοινωνὸν οἰκειότητος, ἄτοπον δὲ ἡγεῖται ποι-
εῖσθαι λόγον περὶ γάμου θυγατρὸς ἑτέρῳ δεδομένης, μετα-
βαλὼν ἐκεῖνος οὐκ ὤκνησεν ἀποκαλυψάμενος αἰτεῖν τὴν 20
αὐτοῦ γυναῖκα Κάτωνος, νέαν μὲν οὖσαν ἔτι πρὸς τὸ τίκτειν,
ἔχοντος δὲ τοῦ Κάτωνος ἀποχρῶσαν διαδοχήν. καὶ οὐκ
ἔστιν εἰπεῖν, ὡς ταῦτα ἔπραττεν εἰδὼς οὐ προσέχοντα τῇ
Μαρκίᾳ τὸν Κάτωνα· κύουσαν γὰρ αὐτὴν τότε τυγχάνειν
λέγουσιν. ὁ δ' οὖν Κάτων ὁρῶν τὴν τοῦ Ὁρτησίου σπουδὴν 25
καὶ προθυμίαν οὐκ ἀντεῖπεν, ἀλλ' ἔφη δεῖν καὶ Φιλίππῳ
ταῦτα συνδόξαι τῷ πατρὶ τῆς Μαρκίας. ὡς οὖν ὁ Φίλιππος
ἐντευχθεὶς ἔγνω τὴν συγχώρησιν, οὐκ ἄλλως ἐνεγγύησε τὴν
Μαρκίαν ἢ παρόντος τοῦ Κάτωνος αὐτοῦ καὶ συνεγγυῶντος.
Ταῦτα μὲν οὖν, εἰ καὶ χρόνοις ὕστερον ἐπράχθη, μνησθέντι 30
μοι τὸ τῶν γυναικῶν προλαβεῖν ἔδοξεν.

M. FADIVS GALLVS

DE VITA M. CATONIS VTICENSIS TESTIMONIA

1. *Cic. ad fam.* (*Fadium*) *VII 24, 2* [*a. 45. 709*] Catonem tuum mihi mitte; cupio enim legere. me adhuc non legisse turpe utrique nostrum est. *25, 1* Sed heus tu, manum de tabula; magister adest citius quam putaramus. uereor ne in catonium Catoninos. (*Cicero ad eum scripsit epist. ad* 5 *fam. VII 23—27 atque aliis locis saepe eum laudat; fuit idem amicus Attici; a. 49. 705 cum cohortibus in castra Afranii transit.*)

T. AMPIVS BALBVS

(trib. pl. a. 63. 691, Asiae prouinciae praefuit a 57. 697, Pompeium secutus a Caesarianis 'tuba belli ciuilis' appellatus est, a. 46. 708 Ciceronis opera per Caesaris familiares in patriam reuocatus.)

TESTIMONIVM

1. *Cic. ad fam.* (*Amp.*) *VI 12, 5* [*a. 46. 708*] Deinde cum studium tuum consumas in uirorum fortium factis memoriae 10 prodendis, considerare debes nihil tibi esse committendum, quam ob rem eorum, quos laudas, te non simillimum praebeas.

FRAGMENTVM

1. *Suet. Caes. 77* Nec minoris inpotentiae uoces propalam edebat [*Caesar*], ut Titus Ampius scribit: nihil esse 15 rem publicam, appellationem modo sine corpore ac specie. Sullam nescisse litteras, qui dictaturam deposuerit. debere homines consideratius iam loqui secum ac pro legibus habere, quae dicat. Eoque arrogantiae progressus est, ut haruspice tristia et sine corde exta quondam nuntiante 20 futura diceret laetiora, cum uellet, nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.

M. ACTORIVS NASO

FRAGMENTA

1. *Suet. Caes. 9* Idem Curio sed et M. Actorius Naso auctores sunt conspirasse eum [*Caesarem*] etiam cum Gnaeo Pisone adulescente, cui ob suspicionem urbanae coniurationis prouincia Hispania ultro extra ordinem data sit, pactumque, ut simul foris ille, ipse Romae ad res nouas consurgerent, per Ambranos et Transpadanos; destitutum utriusque consilium morte Pisonis. (*cf. Tan. Gem. fr. 1 p. 239.*) 66/688 5

2. *Suet. Caes. 52* Dilexit [*Caesar*] et reginas, inter quas Eunoen Mauram Bogudis uxorem, cui maritoque eius plurima et immensa tribuit, ut Naso scripsit, sed maxime Cleopatram. 10

L. AVRVNCVLEIVS COTTA

(legatus Caesaris in Gallia iam a. 57. 697, a. 54. 700 ab Eburonibus Ambiorigeque fortiter pugnans interfectus.)

FRAGMENTVM

1. *Athen. VI 105 p. 273*[b] (*loquitur Larensius Romanus, M. Terentio Varrone oriundus*) Ἰούλιος δὲ Καῖσαρ, ὁ πρῶτος πάντων ἀνθρώπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρεττανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, ὡς Κόττας ἱστορεῖ ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγγράμματι, ὃ τῇ πατρίῳ ἡμῶν γέγραπται φωνῇ. 55/699 15

L. CORNELIVS BALBVS

(Gaditanus, a Theophane rerum scriptore adoptatus, familiarissimus Caesaris, cos. a. 40. 714, ad quem belli Gallici lib. VIII missus est.)

TESTIMONIVM

1. *Sidon. Apoll. IX 14* (*ad Burgundionem*) Eminet tibi thematis celeberrimi uotiua redhibitio, laus uidelicet peroranda, 20

quam edideras, Iulii Caesaris. quae materia tam grandis est, ut studentum si quis fuerit ille copiosissimus nihil amplius in ipsa debeat cauere, quam ne quid minus dicat. nam si omittantur, quae de titulis dictatoris inuicti scripta Patauinis sunt uoluminibus, quis opera Suetonii, quis 5 Iuuenci Martialis historiam, quisue ad extremum Balbi ephemeridem fando adaequauerit?

FRAGMENTVM

44/710 1. *Suet. Caes. 81* Sed Caesari futura caedes euidentibus prodigiis denuntiata est. Paucos ante menses, cum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad extruendas 10 uillas uetustissima sepulchra disicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquantum uasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant, tabula aenea in monimento, in quo dicebatur Capys conditor Capuae sepultus, inuenta est, conscripta litteris uerbisque Graecis hac sententia: Quandoque 15 ossa Capyis detecta essent, fore ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur magnisque mox Italiae cladibus uindicaretur. Cuius rei, ne quis fabulosam aut commenticiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Caesaris. 20

C. OPPIVS

(equestri loco natus, item familiarissimus Caesaris eoque interfecto Octauianum secutus.)

TESTIMONIA

1. *Plut. Pomp. 10* Ἀλλ' Ὀππίῳ μέν, ὅταν περὶ τῶν Καίσαρος πολεμίων ἢ φίλων διαλέγηται, σφόδρα δεῖ πιστεύειν μετὰ εὐλαβείας. (*uid. fr. 5.*)

2. *Suet. Caes. 52* Quorum [*amicorum Caesaris*] Gaius Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, librum 25 edidit, non esse Caesaris filium, quem Cleopatra dicat.

DE VITA PRIORIS AFRICANI FRAGMENTA

1. *Charis. I p. 147 K.* Oppius — [*fr. 4*], idem de uita prioris Africani: 'Opinante *uulgu*'.

2. *Gell.* *VI 1, 2* Nam et C. Oppius et Iulius Hyginus [*fr. 4*] aliique, qui de uita et rebus Africani scripserunt, matrem eius [*Africani*] diu sterilem existimatam tradunt, P. quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperauisse. Postea in cubiculo atque in lecto mulieris, cum 5 absente marito cubans sola condormisset, uisum repente esse iuxta eam cubare ingentem anguem eumque his qui uiderant territis et clamantibus elapsum inueniri non quisse. id ipsum P. Scipionem ad aruspices retulisse, eos sacrificio facto respondisse, fore ut liberi gignerentur, neque 10 multis diebus postquam ille anguis in lecto uisus est, mulierem coepisse concepti fetus signa atque sensum pati. exinde mense decimo peperisse natumque esse hunc P. Africanum, qui Hannibalem et Carthaginienses in Africa bello Poenico secundo uicit. Sed et eum inpendio magis 15 ex rebus gestis, quam ex illo ostento uirum esse uirtutis diuinae creditum est.

3. Id etiam dicere haut piget, quod idem illi, quos supra nominaui, litteris mandauerint, Scipionem hunc Africanum solitauisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in 20 Capitolium uentitare ac iubere aperiri cellam Iouis atque ibi solum diu demorari, quasi consultantem de re p. cum Ioue, aeditumosque eius templi saepe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem canes semper in alios saeuientes neque latrarent eum neque incurrerent. 25 Has uolgi de Scipione opiniones confirmare atque approbare uidebantur dicta factaque eius pleraque admiranda.

DE VITA CASSII FRAGMENTVM

4. *Charis.* *I 147* Vulgu, *ab* hoc uulgu Oppius de uita Cassii.

VITAE CAESARIS FRAGMENTA

5*. *Plut.* *Pomp.* *10* *Γάιος δὲ Ὄππιος ὁ Καίσαρος ἑταῖρος ἀπανθρώπως φησὶ καὶ Κοΐντῳ Οὐαλλερίῳ χρήσασθαι τὸν Πομπήιον. ἐπιστάμενον γάρ, ὡς ἔστι φιλολόγος ἀνὴρ καὶ φιλομαθὴς ἐν ὀλίγοις ὁ Οὐαλλέριος, ὡς ἤχθη πρὸς* (81/673?)

αὐτὸν, ἐπισπασάμενον καὶ συμπεριπατήσαντα καὶ πυθόμενον ὧν ἔχρῃζε καὶ μαθόντα, προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις εὐθὺς ἀνελεῖν ἀπαγαγόντας.

58/696 6*. *Plut. Caes. 17* Συντόνως δὲ ἤλαυνεν οὕτως [*Caesar*], ὥστε τὴν πρώτην ἔξοδον ἀπὸ Ῥώμης ποιησάμενος 5 ὀγδοαῖος ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν ἐλθεῖν. — ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ στρατείᾳ προσεξήσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἐξαρκεῖν, ὡς δὲ Ὄππιός φησι, καὶ πλείοσιν.

7*. *Suet. Caes. 53* Nam circa uictum [*Caesarem*] C. 10 Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum pro uiridi adpositum aspernantibus ceteris solum etiam largius appetisse scribat, ne hospitem aut neglegentiae aut rusticitatis uideretur arguere. (*cf. Plut. Caes. 17.*) 15

8*. *Plin. n. h. XI 252* Varices in cruribus uiro tantum, mulieri raro. C. Marium, qui septiens consul fuit, stanti sibi extrahi passum unum hominum Oppius auctor est. (*cf. Plut. Mar. 6.*)

Q. DELLIVS

TESTIMONIA

1. *Senec. suas. I 7* Bellissimam tamen rem Dellius dixit, 20 quem Messala Coruinus desultorem bellorum ciuilium uocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset; a Cassio deinde transiit ad Antonium, nouissime ab Antonio transfugit ad Caesarem [*a. 31. 723*]. Hic est Dellius, cuius epistulae ad Cleopatram 25 lasciuae feruntur. *cf. Senec. de clem. I 10, 1. Ad eundem Horatius misit carm. II 3 sec. Porphyrionem.*

2. *uid. fr. 1.*

BELLI PARTHICI FRAGMENTA

86/718 1. *Strabo XI p. 523* Βασίλειον δ' αὐτῶν [*Medorum* 30 *Atropatiorum*] θερινὸν μὲν ἐν πεδίῳ ἱδρυμένον Γάζακα ἐν

φρουρίῳ ἐρυμνῷ Οὔερα, ὅπερ Ἀντώνιος ἐπολιόρκησε κατὰ τὴν ἐπὶ Παρθυαίους στρατείαν· διέχει δὲ τοῦτο τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ τοῦ ὁρίζοντος τήν τε Ἀρμενίαν καὶ τὴν Ἀτροπατηνὴν σταδίους δισχιλίους καὶ τετρακοσίους, ὥς φησιν ὁ Δέλλιος, ὁ τοῦ Ἀντωνίου φίλος, συγγράψας τὴν ἐπὶ Παρθυαίους 5 αὐτοῦ στρατείαν, ἐν ᾗ παρῆν καὶ αὐτὸς ἡγεμονίαν ἔχων.

2*. *Plut. Anton.* 59 Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων φίλων [*Antonii*] οἱ Κλεοπάτρας κόλακες ἐξέβαλον τὰς παροινίας καὶ βωμολοχίας οὐχ ὑπομένοντας, ὧν καὶ Μάρκος ἦν Σιλανὸς καὶ Δέλλιος ὁ ἱστορικός. οὗτος δὲ καὶ δεῖσαί φησιν 10 ἐπιβουλὴν ἐκ Κλεοπάτρας Γλαύκου τοῦ ἰατροῦ φράσαντος αὐτῷ. προσέκρουσε δὲ Κλεοπάτρᾳ παρὰ δεῖπνον εἰπὼν αὐτοῖς μὲν ὀξίνην ἐγχεῖσθαι, Σάρμεντον δὲ πίνειν ἐν Ῥώμῃ Φαλερῖνον. Ὁ δὲ Σάρμεντος ἦν τῶν Καίσαρος παιγνίων παιδάριον, ὃ δηλίκια Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. 15

2. *Tertull. de an. c. 46* Nouerunt et Romani ueritatis huius modi somnia. reformatorem imperii, puerulum adhuc et priuati loci et Iulium Octauium tantum et sibi ignotum, Marcus Tullius iam et Augustum et ciuilium turbinum cultorem de somnio norat. in uitae illius commentariis con- 5 ditum est. (*uid. Suet. Aug. 94* M. Cicero C. Caesarem in Capitolium prosecutus somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat: puerum facie liberali, demissum e caelo catena aurea, ad fores Capitoli constitisse, eique Iouem flagellum tradidisse; deinde repente Augusto uiso, quem 10 ignotum plerisque adhuc auunculus Caesar ad sacrificandum acciuerat, affirmauit ipsum esse, cuius imago secundum quietem sibi obuersata sit. *Plut. Cic. 44. Cass. Dion. XLV 2.*)

3*. *Cass. Dion. XXXXIIII 35 Μαθὼν ὁ δῆμος ὅτι [Caesar] — καταλέλοιπε, καὶ προσέτι καὶ δωρεὰς ἄλλοις τέ τινας καὶ τῇ πόλει τούς τε κήπους τοὺς παρὰ τὸν Τίβεριν καὶ δραχμάς, ὡς μὲν αὐτὸς ὁ Ὀκταούιος γράφει, τριάκοντα, ὡς δὲ ἕτεροι, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἑκάστῳ σφῶν δοθῆναι κεκέλευκεν, ἐταράχθησαν.* (*ex Cass. Zonar. X 12.*) 20 — 44/710

4*. *Plin. n. h. II 93* Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romae, admodum faustus diuo Augusto iudicatus ab ipso, qui incipiente eo apparuit ludis, quos faciebat Veneri Genetrici non multo post obitum patris Caesaris in collegio ab eo instituto. Namque his uerbis in 25 gaudium prodit: 'Iis ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per septem dies in regione caeli quae sub septentrionibus est conspectum. id oriebatur circa undecimam horam diei clarumque et omnibus e terris conspicuum fuit. eo sidere significari uolgus credidit Caesaris animam 30 inter deorum immortalium numina receptam, quo nomine id insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro consecrauimus, adiectum est'. (*cf. Suet. Caes. 88.*) — 44/710

5. *Seru. ad Verg. ecl. 9, 47* Cum Augustus Caesar ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit: illo eam esse confirmauit parentis sui. — — Baebius Macer — 44/710

circa horam octauam stellam amplissimam quasi lemniscis coronatam ortam dicit, quam quidam ad illustrandam gloriam Caesaris iuuenis pertinere existimabant. ipse animam patris sui esse uoluit eique in Capitolio statuam super caput auream stellam habentem posuit. inscriptum in basi 5 fuit: 'Καίσαρι ἡμιθέῳ'. Sed Vulcatius aruspex in contione dixit cometen esse, qui significaret exitum noni saeculi et ingressum decimi. sed quod inuitis diis secreta rerum pronuntiaret, statim se esse moriturum, et nondum finita oratione in ipsa contione concidit. Hoc etiam Augustus in libro 10 secundo de memoria uitae suae complexus est.

44/710 6. *Plut. Dem. et Cic. conpar. 3* *Ἡ μὲν οὖν ἐν τῷ δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι δύναμις ὁμαλῶς ἀμφοτέροις [Demostheni et Ciceroni] ὑπῆρξεν, ὥστε καὶ τοὺς τῶν ὅπλων καὶ στρατοπέδων κυρίους δεῖσθαι, Δημοσθένους μὲν Χάρητα 15 καὶ Διοπείθην καὶ Λεωσθένην, Κικέρωνος δὲ Πομπήιον καὶ Καίσαρα τὸν νέον, ὡς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐν τοῖς πρὸς Ἀγρίππαν καὶ Μαικήναν ὑπομνήμασιν εἴρηκεν.*

43/711 7*. *Plut. Cic. 45* *Ἀντωνίου πεφευγότος οὕτως ὁ Καῖσαρ φοβηθεὶς ὑπέπεμπε τῷ Κικέρωνι τοὺς δεομένους καὶ 20 πείθοντας ὑπατείαν μὲν ἀμφοτέροις ὁμοῦ πράττειν, χρῆσθαι δὲ τοῖς πράγμασιν, ὅπως αὐτὸς ἔγνωκε, παραλαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ μειράκιον διοικεῖν ὀνόματος καὶ δόξης γλιχόμενον. ὡμολόγει δὲ Καῖσαρ αὐτός, ὡς δεδιὼς κατάλυσιν καὶ κινδυνεύων ἔρημος γενέσθαι χρήσαιτο τῇ Κικέρωνος ἐν 25 δέοντι φιλαρχίᾳ προτρεψάμενος αὐτὸν ὑπατείαν μετιέναι συμπράττοντος αὐτοῦ καὶ συναρχαιρεσιάζοντος.* (*cf. c. 46.*)

43/711 8. *Plut. Brut. 27* *Μέλλοντι δ' αὐτῷ [Bruto] διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν ἧκεν ἀγγελία περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ μεταβολῆς· ὁ γὰρ νέος Καῖσαρ ηὐξήθη μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπ' Ἀν- 30 τώνιον, ἐκβαλὼν δὲ τῆς Ἰταλίας ἐκεῖνον αὐτὸς ἤδη φοβερὸς ἦν, ὑπατείαν τε μνώμενος παρὰ νόμον καὶ στρατεύματα τρέφων μεγάλα τῆς πόλεως οὐδὲν δεομένης. ὁρῶν δὲ καὶ ταῦτα τὴν βουλὴν βαρυνομένην καὶ πρὸς τὸν Βροῦτον ἀφορῶσαν ἔξω καὶ ψηφιζομένην ἐκείνῳ καὶ βεβαιοῦσαν τὰς 35*

ἐπαρχίας ἔδεισε. καὶ τὸν μὲν Ἀντώνιον πέμπων εἰς φιλίαν προὐκαλεῖτο, τὰς δὲ δυνάμεις τῇ πόλει περιστήσας ὑπατείαν ἔλαβεν οὔπω πάνυ μειράκιον ὤν, ἀλλ' εἰκοστὸν ἄγων ἔτος, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν.

9*. *Suet. Aug. 27* Q. Gallium praetorem in officio salutationis tabellas duplices ueste tectas tenentem suspicatus gladium occulere nec quidquam statim, ne aliud inueniretur, ausus inquirere, paulo post per centuriones et milites raptum e tribunali seruilem in modum torsit ac fatentem nihil iussit occidi, prius oculis eius sua manu effossis. quem tamen scribit conloquio petito insidiatum sibi coniectumque a se in custodiam, deinde urbe interdicta dimissum naufragio uel latronum insidiis perisse. (*cf. App. b. c. III 95.*) [43/711] [10]

10. *Plut. Ant. 22 Τῇ μέν γε προτέρᾳ μάχῃ* [*Philippensi*] *Καῖσαρ ὑπὸ Βρούτου κατὰ κράτος ἡττηθεὶς ἀπέβαλε τὸ στρατόπεδον καὶ μικρὸν ἔφθη τοὺς διώκοντας ὑπεκφυγών, ὡς δὲ αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι γέγραφε, τῶν φίλων τινὸς ὄναρ ἰδόντος ἀνεχώρησε πρὸ τῆς μάχης.* = *Brut. 41 Γενομένης δὲ δι' ἀταξίαν ταύτην ἀνωμαλίας καὶ διασπασμοῦ τῶν ταγμάτων τὸ Μεσσάλα πρῶτον, εἶτα τὰ συνεζευγμένα παρήλλαττε τὸ Καίσαρος ἀριστερόν· καὶ βραχέα τῶν ἐσχάτων θιγόντες καὶ καταβαλόντες οὐ πολλοὺς ἀλλ' ὑπερκεράσαντες ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον. καὶ Καῖσαρ μέν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἱστορεῖ, τῶν φίλων τινὸς Ἀρτωρίου Μάρκου καθ' ὕπνον ἰδόντος ὄψιν κελεύουσαν ἐκστῆναι Καίσαρα καὶ μετελθεῖν ἐκ τοῦ χάρακος, ἔφθασε μικρὸν ὑπεκκομισθεὶς ἔδοξέ τε τεθνάναι. τὸ γὰρ φορεῖον κενὸν ἀκοντίοις καὶ ὑσσοῖς βάλλοντες διήλασαν.* = *App. b. c. IIII 110. Ἀρξάμενοι δ' ἅπαξ ἔργου* [*milites Bruti*] *καὶ τῷ Καίσαρος στρατῷ τεταγμένῳ μάλιστα κατὰ σφᾶς ἐπέδραμον καὶ τρέψαντες ἐδίωκον, μέχρι καὶ τὸ στρατόπεδον ἐξεῖλον, ὃ κοινὸν ἦν Ἀντωνίῳ τε καὶ Καίσαρι, Καίσαρος αὐτοῦ δι' ἐνύπνιον ἔνδον οὐκ ὄντος, ἀλλὰ φυλαξαμένου τὴν ἡμέραν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἔγραψεν.* (*cf. Suet. Aug. 91. Val. Max. I 7, 1.*) [42/712] [20] [25] [30] [35]

40/714 **11.** *App. b. c. V 42* Ὡς δὲ ἐπὶ τὴν τάφρον ἀφίκοντο [*Lucius Antonius bello Perusino uictus et Augustus*], προσηγόρευσάν τε ἀλλήλους, καὶ ὁ Λεύκιος ἔφη· Εἰ μὲν ξένος ὢν ἐπολέμησα, ὦ Καῖσαρ, αἰσχρὰν ἂν τὴν τοιαύτην ἧσσαν ἡγούμην καὶ αἰσχίονα ἔτι τὴν παράδοσιν, καὶ τῆσδε τῆς 5 αἰσχύνης εἶχον ἀπαλλαγὴν εὔκολον παρ' ἐμαυτοῦ. ἐπεὶ δὲ πολίτῃ διηνέχθην καὶ ὁμοτίμῳ καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίδος, οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦμαι μετὰ τοιᾶσδε προφάσεως ὑπὸ τοιοῦδε ἡσσῆσθαι. καὶ τάδε λέγω οὐ παραιτούμενος παθεῖν ὅτι θέλοις (διὰ γάρ σοι τοῦτο ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ σὸν ἄνευ σπονδῶν 10 ἱέμην), ἀλλ' ἵνα τοῖς ἄλλοις αἰτήσω συγγνώμην δικαίαν τε καὶ τοῖς σοῖς πράγμασι συμφέρουσαν. δεῖ δέ με τοῦτο ἐπιδεικνύντα διελεῖν τὸν λόγον, ὑπέρ τε ἐκείνων καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, ἵνα μόνον ἐμὲ τῶν γεγονότων αἴτιον ἐπιγνοὺς ἐς ἐμὲ τὴν ὀργὴν συναγάγῃς. μὴ νομίσῃς δὲ ἐλεγχθήσεσθαι 15 μετὰ παρρησίας (ἄκαιρον γὰρ) ἀλλὰ μετ' ἀληθείας, ἧς οὐκ ἔνι μοι χωρὶς εἰπεῖν. Ἐγὼ τὸν πρὸς σὲ πόλεμον ἠράμην, οὐχ ἵνα σε καθελὼν διαδέξωμαι τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀριστοκρατίαν ἀναλάβω τῇ πατρίδι, λελυμένην ὑπὸ τῆς τῶν τριῶν ἀρχῆς, ὡς οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀντείποις. καὶ γὰρ 20 ὅτε συνίστασθε αὐτὴν, ὁμολογοῦντες εἶναι παράνομον, ὡς ἀναγκαίαν καὶ πρόσκαιρον ἐτίθεσθε, Κασσίου καὶ Βρούτου περιόντων ἔτι καὶ ὑμῶν ἐκείνοις οὐ δυναμένων συναλλαγῆναι. ἀποθανόντων δὲ ἐκείνων, οἳ τὸ τῆς στάσεως κεφάλαιον ἦσαν, καὶ τῶν ὑπολοίπων, εἴ τινα λείψανα ἔστιν, οὐ τῇ πολιτείᾳ 25 πολεμούντων ἀλλ' ὑμᾶς δεδιότων, ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ τῆς πενταετίας παριούσης, ἀνακῦψαι τας ἀρχὰς ἐπὶ τὰ πάτρια ἠξίουν, οὐ προτιμῶν οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν τῆς πατρίδος, ἀλλ' ἐλπίζων μὲν ἐπανελθόντα πείσειν ἑκόντα, ἐπειγόμενος δὲ ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς γενέσθαι. καὶ εἰ κατῆρξας σύ, μόνος 30 ἂν καὶ τὴν δόξαν εἶχες. ἐπεὶ δὲ δή σε οὐκ ἔπειθον, ᾤμην ἐλθὼν ἐπὶ Ῥώμην καὶ ἀναγκάσαι, πολίτης τε ὢν καὶ γνώριμος καὶ ὕπατος. αἱ μὲν αἰτίαι δι' ἃς ἐπολέμησα, αὗται μόναι, καὶ οὔτε ὁ ἀδελφὸς οὔτε Μάνιος οὔτε Φουλουία οὔτε

η κληρουχία τῶν ἐν Φιλίπποις πεπολεμηκότων οὔτε ἔλεος τῶν γεωργῶν τὰ κτήματα ἀφαιρουμένων, ἐπεὶ κἀγὼ τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ τέλεσιν οἰκιστὰς ἔδωκα, οἳ τὰ τῶν γεωργῶν ἀφαιρούμενοι τοῖς στρατευσαμένοις διένεμον. ἀλλά με σὺ τήνδε τὴν διαβολὴν αὐτοῖς διέβαλλες, τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου μεταφέρων ἐπὶ τὴν κληρουχίαν ἀπὸ σαυτοῦ, καὶ τῷδε μάλιστα αὐτοὺς ἑλὼν ἐμοῦ κεκράτηκας. ἀνεπείσθησαν γὰρ πολεμεῖσθαί τε ὑπ' ἐμοῦ καὶ ἀμύνεσθαί με ἀδικοῦντα. τεχνάζειν μὲν δή σε ἔδει πολεμοῦντα· νικήσαντα δέ, εἰ μὲν ἐχθρὸς εἶ τῆς πατρίδος, κἀμὲ ἡγεῖσθαι πολέμιον, ἃ ἔδοξα συνοίσειν αὐτῇ βουληθέντα μέν, οὐ δυνηθέντα δὲ διὰ λιμόν. Λέγω δὲ ταῦτα ἐγὼ ἐγχειρίζων μὲν ἐμαυτόν σοι, καθάπερ εἶπον, ἐς ὅ τι θέλοις, ὑποδεικνὺς δὲ οἷα καὶ πρότερον καὶ νῦν ἐφρόνησα περὶ σοῦ καὶ φρονῶν ἔτι μόνος ἀφικόμην. καὶ περὶ μὲν ἐμοῦ τοσαῦτα, περὶ δὲ τῶν φίλων καὶ τοῦ στρατοῦ παντός, εἰ μὲν οὐχ ὑποπτεύεις με λέγοντα, συμβουλεύω τὰ σοὶ μάλιστα ὠφελιμώτατα, μηδὲν δεινὸν αὐτοὺς ἐργάσασθαι διὰ τὴν ἐμὴν καὶ [τὴν] σὴν φιλονεικίαν, μηδὲ ἄνθρωπον ὄντα καὶ τύχῃ χρώμενον, οὐ βεβαίῳ πράγματι, κωλῦσαι τοὺς κινδυνεύειν ἐν τύχαις ἢ χρείαις ἐθελήσοντάς ποτε ὑπὲρ σοῦ, μαθόντας ἐκ τοῦδε τοῦ σοῦ νόμου δυσέλπιστον σώζεσθαι μὴ κατορθοῦσιν. εἰ δὲ ὕποπτος ἢ ἄπιστος ἐχθροῦ πᾶσα συμβουλή, οὐκ ὀκνῶ καὶ παρακαλεῖν σε μὴ τοὺς φίλους τίνυσθαι τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας καὶ τύχης ἀλλ' ἐς ἐμὲ συναγαγεῖν πάντα, τὸν πάντων αἴτιον· ἀφ' ἧς δὴ γνώμης αὐτοὺς ὑπελιπόμην, ἵνα μὴ δόξαιμι σοὶ τάδε λέγων ἐκείνων ἀκουόντων ὑπὲρ ἐμαυτοῦ τεχνάζων εἰπεῖν'.

Τοιαῦτα δὲ εἰπόντος τοῦ Λευκίου καὶ σιωπήσαντος ὁ Καῖσαρ ἔλεξεν· '"Ασπονδον μέν σε κατιόντα πρὸς ἐμὲ ὁρῶν, ὦ Λεύκιε, ὑπήντησα τῶν ἐμῶν ἐρυμάτων ἔτι ἐκτὸς ὄντι κατὰ σπουδήν, ἵνα ἔτι κύριος ὢν σεαυτοῦ βουλεύοιο καὶ λέγοις καὶ πράττοις ἃ νομίζεις σοι συνοίσειν. ἐπεὶ δ', ὅπερ ἐστὶ τῶν ἀδικεῖν ὁμολογούντων, σαυτὸν ἡμῖν ἐπιτρέπεις, οὐδὲν ἔτι δέομαι διελέγχειν ὅσα σὺν τέχνῃ μου διεψεύσω. ἐξ

ἀρχῆς δέ με βλάψαι ἑλόμενος καὶ νῦν ἔβλαψας. σπονδὰς γάρ μοι τιθέμενος ἔτυχες ἂν ἠδικημένου καὶ νενικηκότος· ἄσπονδον δὲ σαυτόν τε καὶ τοὺς φίλους ἐπιτρέπων ἡμῖν καὶ τὸν στρατὸν ἀφαιρῇ μὲν πᾶσαν ὀργήν, ἀφαιρῇ δὲ καὶ τὴν ἐξουσίαν, ἣν σπενδόμενος ἂν ἔδωκας ὑπ' ἀνάγκης. συμπέ- 5 πλεκται γὰρ οἷς ἄξιον ὑμᾶς παθεῖν τὸ προσῆκον ὧν ἐμὲ δίκαιόν ἐστι ποιεῖν. ὃ δὴ προτιμήσω διά τε τοὺς θεοὺς καὶ δι' ἐμαυτὸν καὶ διὰ σέ, ὦ Λεύκιε, καὶ οὐ ψεύσω σε τῆς προσδοκίας, ἣν ἔχων περὶ ἐμ[αυτ]οῦ κατελήλυθας'.

Ταῦτα μὲν ἔλεξαν ἀλλήλοις, ὡς ἐκ τῶν ὑπομνημάτων 10 ἦν ἐς τὸ δυνατὸν τῆσδε τῆς φωνῆς μεταβαλεῖν τεκμαιρομένῳ τῆς γνώμης τῶν λελεγμένων. καὶ διεκρίθησαν, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐν ἐπαίνῳ καὶ θαύματι τὸν Λεύκιον ἔχων, οὐδὲν ὡς ἐν συμφοραῖς ἀγεννὲς οὐδ' ἀσύνετον εἰπόντα, ὁ δὲ Λεύκιος τὸν Καίσαρα τοῦ τε ἤθους καὶ βραχυλογίας. 15

37/717 **12*.** *Suet. Aug. 62* Cum hac [*Scribonia*] quoque diuortium fecit, pertaesus, ut scribit, morum peruersitatem eius.

38/716 **13.** *Cass. Dion. XXXXVIII 44* Συνοικοῦσα δὲ ἤδη ἡ γυνὴ [*Liuia*] τῷ Καίσαρι τίκτει Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα. 20 καὶ αὐτὸν ὁ Καῖσαρ καὶ ἀνείλετο καὶ τῷ πατρὶ ἔπεμψεν, αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγράψας, ὅτι Καῖσαρ τὸ γεννηθὲν Λιουίᾳ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ παιδίον Νέρωνι τῷ πατρὶ ἀπέδωκεν.

35/719 **14.** *App. Illyr. 14* Ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ δευτέρου 25 Καίσαρος τοῦ κληθέντος καὶ Σεβαστοῦ παλαιότερον μὲν οὐδὲν οὐδ' ἐν τοῖσδε περὶ Παιόνων ηὗρον, Ἰλλυριῶν δέ μοι φαίνεται χωρὶς τῶν εἰρημένων ἐθνῶν καὶ ἕτερα Ῥωμαίων προϋπακοῦσαι. καὶ ὅπως μὲν οὐκ ἔγνων (οὐ γὰρ ἀλλοτρίας πράξεις ὁ Σεβαστός, ἀλλὰ τὰς ἑαυτοῦ συνέγραψεν) ὡς δ' 30 ἀποστάντας ἐς τοὺς φόρους ἐπανήγαγεν καὶ ἑτέρους ὡς ἀρχῆθεν ἔτι ὄντας αὐτονόμους εἷλε καὶ πάντας ἐκρατύνατο ὅσοι τὰς κορυφὰς οἰκοῦσι τῶν Ἄλπεων, βάρβαρα καὶ μάχιμα ἔθνη καὶ κλοπεύοντα τὴν Ἰταλίαν ὡς γείτονα. — [*c. 16.*]

Ὁ δὲ Σεβαστὸς πάντα ἐχειρώσατο ἐντελῶς καὶ ἐν παραβολῇ τῆς ἀπραξίας Ἀντωνίου κατελογίσατο τῇ βουλῇ τὴν Ἰταλίαν ἡμερῶσαι δυσμάχων ἐθνῶν θαμινὰ ἐνοχλούντων. κ. τ. λ.

15. *Seru. ad Verg. Aen. VIII 696* Et Augustus in commemoratione uitae suae refert Antonium iussisse, ut legiones suae apud Cleopatram excubarent eiusque nutu et iussu parerent.

16*. *Plut. Ant. 68* Ἐν Ἀκτίῳ δὲ πολὺν ὁ στόλος [*Antonii*] ἀντισχὼν Καίσαρι χρόνον καὶ μέγιστον βλαβεὶς ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ὑψηλοῦ κατὰ πρῷραν ἱσταμένου μόλις ὥρας δεκάτης ἀπεῖπε. καὶ νεκροὶ μὲν οὐ πλείους ἐγένοντο πεντακισχιλίων, ἑάλωσαν δὲ τριακόσιαι νῆες, ὡς αὐτὸς ἀνέγραψε Καῖσαρ.

17*. *Suet. Aug. 42* Magna uero quondam sterilitate ac difficili remedio, cum uenalicias et lanistarum familias peregrinosque omnes exceptis medicis et praeceptoribus partimque seruitiorum urbe expulisset, ut tandem annona conualuit, impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret, neque tamen perseuerasse, quia certum haberet post se per ambitionem quandoque restitui. Atque ita posthac rem temperauit, ut non minorem aratorum ac negotiantium quam populi rationem deduceret.

18. *Digest. XXXXVIII 24, 1* Vlpianus libro nono de officiis proconsulis: Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt, et id se obseruasse etiam diuus Augustus libro decimo de uita sua scribit.

19. *Pseud. Plin. de medic. I 18* Ad caligines oculorum et ad uitia uetustissima et ad scabritudines et obscuritatem et ad eos qui iam prope nihil uident et quibus medicamentorum praesidia nulla inueniri possunt. hoc remedium expertum usitabis et efficies, ut uideant clarissime, sine omni uetusto uitio: Piperis albi denarios duos, croci duos, balsami duos, fellis uituli seu uulturis siue pulli pugnacis duos, mellis Attici uncias duas, uini ueteris boni cyathos tres, succi foeniculi unum, et ita compones. piper et cro-

cum teres diligentissime ut bene leue sit, deinde uinum admiscebis et succum foeniculi per partes dimidias et quicquid superauerit, iterum fundes; cum ita feceris, iterum teres bene, deinde si quid uini aut succi superauerit, adicies et teres diutissime, cumque totum medicamentum 5 tritum et leuigatum fuerit, ut collyrium, oportet transponi illud in pyxide Cyprina et repositum seruabis. cumque uolueris uti, ex eo unges et inuenies esse potentissimum remedium, quo multi luminibus de obscuritate restituti sunt. Haec compositio ex commentariis Caesaris Augusti 10 descripta est, qua et libentissime utebatur et omnibus illam laudabat. Si cui autem acrior esse uideatur, collyrium lene admisceat, et non nocebit.

20*. *Suet. Aug. 74* Valerius Messalla [*fr. 5*] tradit neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo cenae 15 excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem post proditam S. Pompei classem. ipse scribit inuitasse se quendam, in cuius uilla maneret, qui speculator suus olim fuisset.

21*. *Plin. n. h. II 24* Diuos Augustus prodidit laeuom 20 sibi calceum praepostere inductum, quo die seditione militari prope afflictus est. (*cf. Suet. Aug. 92.*)

62/692 [**22*.** *Suet. Caes. 55* Orationes aliquas reliquit [*Caesar*], inter quas temere quaedam feruntur. 'Pro Quinto Marcello' non immerito Augustus existimat magis ab actuaris 25 exceptam male subsequentibus uerba dicentis, quam ab ipso editam. — **23*.** 'Apud milites' quoque 'in Hispania' 45/709 idem Augustus uix ipsius putat, quae tamen duplex fertur, una quasi priore habita proelio, altera posteriore, quo Asinius Pollio ne tempus quidem contionandi habuisse 30 eum dicit subita hostium incursione.

24*. *Suet. de gram. 16* Q. Caecilius Epirota Tusculi natus libertus Attici — cum filiam patroni nuptam M. Agrippae doceret, suspectus in ea et ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit uixitque una familiaris- 35 sime, quod ipsi Gallo inter grauissima crimina ab Augusto obicitur.

25*. *Isidor. de nat. rer. 44, 4* (*ex Suet. prat. de nat. rer. p. 244 Rf.*) Et Augustus inquit: 'Nos uenimus Neapolim fluctu quidem caeco'.]

C. CILNIVS MAECENAS

(natus inter a. 74. 680 et 64. 690, mortuus 8. 746.)

TESTIMONIVM DE HISTORIA

1. *Horat. carm. II 12, 9* Tuque pedestribus dices historiis proelia Caesaris, Maecenas, melius ductaque per uias regum 5 colla minacium. *cf. Seru. ad Verg. georg. II 42* Constat Maecenatem fuisse litterarum peritum et plura composuisse carmina. nam etiam Augusti Caesaris gesta descripsit, quod testatur Horatius dicens: 'Tuque et q. s.

FRAGMENTVM

1*. *Plin. n. h. VII 147* In diuo quoque Augusto — 42/712 magna sortis humanae reperiantur uolumina: — Philippensi proelio morbidi fuga et triduo in palude aegroti et, ut fatentur Agrippa ac Maecenas, aqua subter cutem fusa turgidi latebra.

M. VIPSANIVS AGRIPPA

(natus a. 63. 691, cos. 37. 717, 28. 726, 27. 727, mortuus 12. 742.)

FRAGMENTA LIBRORVM DE VITA SVA

1*. *Plin. h. n. VII 177 = Maec. fr. 1.* 15

2. *Philarg. ad Verg. georg. II 162* Agrippa in secundo 37/717 uitae suae dicit excogitasse se, ut ex Lucrino lacu portum faceret. uerum huius gloria Augusto cessit.

3*. *Plin. XXXVI 121* Q. Marcius Rex iussus a senatu 33/721 aquarum Appiae, Auienis, Tepulae ductus reficere nouam a nomine suo appellatam cuniculis per montes actis intra praeturae suae tempus adduxit, Agrippa uero in aedilitate adiecta Virgine aqua ceterisque conriuatis atque emendatis lacus septingentos fecit, praeterea salientes D, castella cen-

tum triginta, complura et cultu magnifica, operibus iis signa trecenta aerea aut marmorea inposuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo spatio. adicit ipse aedilitatis suae conmemoratione et ludos diebus undesexaginta factos et gratuita praebita balinea centum septua- 5 ginta, quae nunc Romae ad infinitum auxere numerum.

C. ASINIVS POLLIO

(natus a. 75. 679 (uel inseq.), cos. 40. 714, mortuus 5. 758.)

TESTIMONIA DE EIVS HISTORIA

1. *Suid. s. u. Πωλίων II 2 p. 387 Bh. Περὶ τοῦ ἐμφυλίου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καῖσάρ τε καὶ Πομπήιος. [I 1 p. 786 Ἀσίνιος Πωλίων, Ῥωμαῖος. ἱστορίας Ῥωμαϊκὰς συνέταξεν ἐν βιβλίοις ιζ'.]* 10

2. *Horat. carm. II 1, 1 [scr. a. 30. 724 uel inseq.]* Motum ex Metello consule [*a. 60. 694*] ciuicum bellique causas et uitia et modos ludumque fortunae grauisque principum amicitias et arma nondum expiatis uncta cruoribus, periculosae plenum opus aleae, tractas et incedis per ignis 15 suppositos cineri doloso. paulum seuerae Musa tragoediae desit theatris: mox ubi publicas res ordinaris et q. s. *17* iam nunc minaci murmure cornuum perstringis auris, iam litui strepunt, iam fulgor armorum fugacis terret equos equitumque uultus. audire magnos iam uideor duces, non 20 indecoro puluere sordidos, et cuncta terrarum subacta praeter atrocem animum Catonis.

3. *Valer. Max.* Asinius etiam Pollio, non minima pars Romani stili (*fr. 1*). *Senec. rhet. suas. 6, 25* (*post fr. 6*) Adfirmare uobis possum nihil esse in historiis eius hoc quem 25 retuli loco disertius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronem sed certasse cum Cicerone uideatur. nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concupiscatis: concupiscite et poenas Ciceroni dabitis. *De orationibus cf. Quintil. X 1, 113* Multa in Asinio Pollione inuentio, summa 30 diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia uideatur, et con-

silii et animi satis; a nitore et iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut uideri possit saeculo prior. *2, 17* tristes ac ieiuni Pollionem aemulantur. § *25 et XII 10, 11* diligentia Pollionis. *Tacit. de orat. 21* [*loquitur M. Aper*] Asinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus 5 sit, uidetur mihi inter Menenios et Appios studuisse, Pacuuium certe et Accium non solum tragoediis sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est; oratio autem sicut corpus hominis ea demum pulchra est, in qua non eminent uenae nec ossa numerantur sed temperatus 10 ac bonus sanguis implet membra et exsurgit toris ipsosque neruos rubor tegit et decor commendat. *25* (*loquitur Vipstanus Messalla*) numerosior Asinius.

4. *uid. Atei test. 1 p. 237.*

5. *Asinius Pollio Plinio in n. h. sec. ind. auctor libr. VII.* 15

BELLI CIVILIS CAESARIS ET POMPEI FRAGMENTA

1. *Valer. Max. VIII 13 ext. 4* Asinius etiam Pollio, non minima pars Romani stili, in tertio historiarum suarum libro centum illum [*Arganthonium Gaditanum*] et triginta annos explesse commemorat.

2*. *Plut. Caes. 46* (*a*) *Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἐν τῷ χάρακι* 20 *τοῦ Πομπηΐου γενόμενος* [*post pugnam Pharsalicam*] *τούς* 48/706 *τε κειμένους νεκροὺς ἤδη τῶν πολεμίων εἶδε καὶ τοὺς ἔτι κτεινομένους, εἶπεν ἄρα στενάξας· ʻΤοῦτο ἐβουλήθησαν, εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, ἵνα Γάιος Καῖσαρ ὁ μεγίστους πολέμους κατορθώσας, εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, κἂν* 25 *κατεδικάσθην'. Ταῦτά φησι Πολλίων Ἀσίννιος τὰ ῥήματα Ῥωμαϊστὶ μὲν ἀναφθέγξασθαι τὸν Καίσαρα παρὰ τὸν τότε καιρόν, Ἑλληνιστὶ δ' ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι.* (*b*) *Τῶν δ' ἀποθανόντων τοὺς πλείστους οἰκέτας γενέσθαι περὶ τὴν κατάληψιν τοῦ χάρακος ἀναιρεθέντας, στρατιώτας δὲ* [*Pompei*] 30 *μὴ πλείους ἑξακισχιλίων πεσεῖν. a = Sueton. Caes. 30* Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie caesos profligatosque aduersarios prospicientem haec eum [*Caesarem*] ad uerbum dixisse referens: ʻHoc uoluerunt; tantis rebus

gestis Gaius Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem'. *b* = *Plut. Pomp. 72* *Ἔφυγε δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τάγματα, καὶ φόνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολὺς ἐγένετο σκηνοφυλάκων καὶ θεραπόντων· στρατιώτας δὲ μόνους ἑξακισχιλίους πεσεῖν φησιν Ἀσίννιος Πολλίων μεμαχημένος* 5 *ἐκείνην τὴν μάχην μετὰ Καίσαρος.* = *App. b. c. II 82* *Ἀπέθανον δὲ — ἐκ δὲ τῶν Πομπηίου βουλευταὶ μὲν δέκα, — τῶν δὲ καλουμένων ἱππέων ἀμφὶ τεσσαράκοντα τῶν ἐπιφανῶν· ἐκ δὲ τῆς ἄλλης στρατιᾶς οἱ μὲν ἐπαίροντές φασι δισμυρίους ἐπὶ πεντακισχιλίοις, Ἀσίνιος δὲ Πολλίων, ὑπὸ* 10 *Καίσαρι τῆς μάχης ἐκείνης στρατηγῶν, ἑξακισχιλίους ἀναγράφει νεκροὺς εὑρεθῆναι τῶν Πομπηίου.*

45/709 **3*.** *Suet. Caes. 55* 'Apud milites' quoque 'in Hispania' [*orationem Caesaris*] idem Augustus [*fr. 23*] uix ipsius putat, quae tamen duplex fertur: una quasi priore habita proelio, 15 altera posteriore, quo Asinius Pollio ne tempus quidem contionandi habuisse eum dicit subita hostium incursione.

4*. *Suet. Caes. 56* Pollio Asinius parum diligenter parumque integra ueritate compositos putat [*commentarios Caesaris*], cum Caesar pleraque et quae per alios erant 20 gesta, temere crediderit et quae per se, uel consulto uel etiam memoria lapsus perperam ediderit, existimatque rescripturum et correcturum fuisse.

5. *Senec. suas. 6, 14* Quoniam in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto indicare, quomodo quisque se 25 ex historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit. nam quin Cicero nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium, nec tam stultus, ut exorare posse *eum* speraret, nemo dubitat excepto Asinio Pollione, qui infestissimus famae Ciceronis permansit. — adieceratque his [*in oratione pro* 30 *Lamia*] alia sordidiora multo, ut cuilibet facile liqueret hoc totum adeo falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historiis suis ponere ausus sit. — (*24.*) Pollio quoque 43/711 Asinius, qui Verrem Ciceronis reum fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, 35 testimonium tamen quamuis inuitus plenum ei reddidit.

Asini Pollionis: Huius ergo uiri tot tantisque operibus mansuri in omne aeuum praedicare de ingenio atque industria superua*cuum est.* Natura autem atque fortuna pariter obsecuta est ei, *si* quidem facies decora ad senectutem prosperaque permansit ualetudo, tum pax diutina, 5 cuius instructus erat artibus, contigit. namque ad priscam seueritatem iudiciis exactis maxima noxiorum multitudo prouenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat. Iam felicissima consulatus ei sors petendi et gerendi magna munera deum consilio industriaque: utinam 10 moderatius secundas res et fortius aduersas ferre potuisset! namque utraeque cum uenerant ei, mutari eas non posse rebatur. inde sunt inuidiae tempestates coortae graues in eum certiorque inimicis adgrediendi fiducia; maiore enim simultates adpetebat animo quam gerebat. Sed quando mor- 15 talium nulli uirtus perfecta contigit, qua maior pars uitae atque ingenii stetit, ea iudicandum de homine est. Atque ego ne miserandi quidem exitus eum fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset.

6. *Tac. ann. IV 34* Asinii Pollionis scripta egregiam 20 eorundem [*Cassii et Bruti*] memoriam tradunt.

7*. *Strab. IV p. 294ª Φησὶ τὸ μῆκος αὐτοῦ* [*Rheni*] *σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος· — φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας.*

8*. *Prisc. VIII p. 386 H.* Asinius: Cuius experta 25 uirtus bello Germaniae traducta ad custodiam Illyrici est.

M. VALERIVS MESSALLA RVFVS

(a. 46. 708 Caesaris legatus in Africa, a. 53. 701 consul, 'augur'.)

LIBRORVM DE FAMILIIS ROMANIS FRAGMENTA

1. *Plin. n. h. XXXV 8* Exstat Messalae oratoris indignatio, quae prohibuit inseri genti suae Laeuinorum alienam imaginem. Similis causa Messalae seni expressit uolumina illa, quae de familis condidit, cum Scipionis 30

Pomponiani transisset atrium uidissetque adoptione testamentaria Saluittonis (hoc enim fuerat cognomen Africanorum dedecori) inrepentes Scipionum nomini.

2*. ***Plin. n. h. XXXIV 137*** **Verba ipsa de ea re Messalae senis ponam: 'Seruiliorum familia habet trientem** 5 **sacrum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quodannis faciunt, quem ferunt alias creuisse alias decreuisse uideri et ex eo aut honorem aut deminutionem familiae significari'.**

3*. ***Plin. n. h. VII 173*** **Nam C. Aelium Tuberonem** 10 **praetura functum a rogo relatum Messala Rufus et plerique tradunt.**

M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS

(clarissimus orator, qui Cassium Brutumque secutus pugnae Philippensi interfuit, tum ad Antonium, denique ad Octauianum transiit, pro quo multa egregie gessit, cos. 31. 723.)

TESTIMONIA

1. *Senec. contr. II 4 (12), 8* Fuit Messala exactissimi ingenii quidem in omnis studiorum partes, latini utique sermonis obseruator diligentissimus. *cf. de eius orationibus Tac.* 15 *dial. 18* Cicerone mitior Coruinus et dulcior et in uerbis magis elaboratus. *Quint. X 1, 113* Messala nitidus et candidus et quodammodo praeferens in dicendo nobilitatem suam, uiribus minor. *XII 10, 11* dignitas Messalae.

CONMENTARIORVM DE BELLO CIVILI FRAGMENTA

42/712 **1*.** *Plut. Brut. 40 Κάσσιον δὲ Μεσσάλας φησὶ δειπνεῖν* 20 [*ante pugnam Philippensem*] *τε καθ' ἑαυτὸν ὀλίγους τῶν συνήθων παραλαβόντα καὶ σύννουν ὁρᾶσθαι καὶ σιωπηλόν, οὐ φύσει τοιοῦτον ὄντα· παυσαμένου δὲ τοῦ δείπνου λαβόμενον τῆς χειρὸς αὐτοῦ σφόδρα τοσοῦτον εἰπεῖν, ὥσπερ εἰώθει φιλοφρονούμενος, Ἑλληνικῇ φωνῇ 'Μαρτύρομαί σε,* 25 *Μεσσάλα, ταὐτὰ Πομπηΐῳ Μάγνῳ πάσχειν ἀναγκαζόμενος διὰ μιᾶς μάχης ἀναρρῖψαι τὸν περὶ τῆς πατρίδος κύβον. ἀγαθὴν μέντοι ψυχὴν ἔχωμεν εἰς τὴν τύχην ἀφορῶντες, ᾗ,*

κἂν βουλευσώμεθα κακῶς, ἀπιστεῖν οὐ δίκαιον'. Ταῦτα εἰπόντα φησὶν ὁ Μεσσάλας τελευταῖα πρὸς αὐτὸν ἀσπάσασθαι τὸν Κάσσιον· εἶναι δὲ κεκλημένος εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπὶ δεῖπνον ὑπ' αὐτοῦ γενέθλιον οὖσαν.

2*. *Plut. Brut. 42* Οἱ δὲ [*Bruti milites in pugna Philippensi priore*] μὴ κυκλωσάμενοι τοὺς Καίσαρος ἀλλὰ συμπεσόντες ῥᾳδίως μὲν ἀπετρέψαντο τεταραγμένους καὶ διέφθειραν ἐν χερσῖν τρία τάγματα καὶ συνεισέπεσον εἰς τὸ στρατόπεδον τοῖς φεύγουσιν ὑπὸ ῥύμης τοῦ κρατεῖν συνενεχθέντες μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες τὸν Βροῦτον. — Ἤδη δὲ τὸ μέσον ἐξεώκει φόνῳ πολλῷ τοὺς ἀντιτεταγμένους καὶ παντελῶς ἐδόκει κρατεῖν ὁ Βροῦτος, ὥσπερ ὁ Κάσσιος κρατεῖσθαι. καὶ τοῦτο μόνον αὐτῶν διέφθειρε τὰ πράγματα, τοῦ μὲν ὡς νικῶντι Κασσίῳ μὴ βοηθήσαντος, τοῦ δὲ Βροῦτον ὡς ἀπολωλότα μὴ περιμείναντος· ἐπεὶ τῆς γε νίκης ὅρον ὁ Μεσσάλας τίθεται τὸ τρεῖς ἀετοὺς καὶ πολλὰ σημεῖα λαβεῖν τῶν πολεμίων, ἐκείνους δὲ μηδέν.

42/712 — 10 — 15

3*. *Plut. Brut. 45* Ἔπεσον δὲ τούτων μὲν [*militum Cassii priore pugna Philippensi*] ὀκτακισχίλιοι σὺν τοῖς στρατευομένοις οἰκέταις, οὓς Βρίγας ὁ Βροῦτος ὠνόμαζε· τῶν δ' ἐναντίων Μεσσάλας φησὶν οἴεσθαι πλείους ἢ διπλασίους. (*cf. App. b. c. IV 112.*)

42/712 — 20

4*. *Tac. ann. IV 34* Messalla Coruinus imperatorem suum Cassium praedicabat.

5*. *Suet. Aug. 74* Conuiuabatur [*Augustus*] assidue nec umquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumque dilectu. Valerius Messala tradit neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo cenae excepto Mena sed asserto in ingenuitatem post proditam Sexti Pompei classem.

25

6*. *Senec. suas. 1, 7* Bellissimam tamen rem Dellius dixit, quem Messala Coruinus desultorem bellorum ciuilium uocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset; a Cassio deinde transiit ad Antonium, nouissime ab Antonio transfugit ad Caesarem. (*cf. Dell. test. p. 250.*)

30 — 35

OCTAVIVS RVSO

TESTIMONIVM

1. *Hor. sat. I 3, 86* [*scr. a. fere 37. 717*] Odisti et fugis ut Rusonem debitor aeris, qui nisi, cum tristes misero uenere kalendae, mercedem aut nummos unde unde extricat, amaras porrecto iugulo historias captiuus ut audit. *Ad q. l. haec Porphyr.:* Octauius Ruso acerbus fenerator fuisse traditur, 5 idem scriptor historiarum, ad quas audiendas significat solitum fuisse cogere debitores suos, quibus scilicet talia audire poena grauissima erat.

OCTAVIVS MVSA

TESTIMONIA

1. *Vergil. Catalect. 14, 1* Quis deus, Octaui, te nobis abstulit? an quae dicunt, a, nimio pocula ducta mero? — scripta 10 quidem tua nos multum mirabimur et te raptum et Romanam flebimus historiam. *13* [*ad Musam*], *3* Dispeream, si te fuerit mihi carior alter. alter enim quis te carior esse potest, cui iuueni ante alios diui diuomque sorores cuncta, neque indigno, Musa, dedere bona, cuncta quibus gaudet 15 Phoebi chorus ipseque Phoebus? doctior o quis te, Musa, fuisse potest? o quis te in terris loquitur iucundior uno? Clio tam certe candida non loquitur. *cf. Culex ad Octauium quendam missus 'uenerandum' (u. 25), 'puerum uenerabilem' (37), 'sanctum puerum' (26).* 20
2. *Horat. sat. I 10, 82* Valgius et probet haec Octauius optimus atque Fuscus et haec utinam Viscorum laudet uterque.
3. *Schol. Bern. ad Verg. ecl. 8, 6* Huic [*Asinio Pollioni*] post uictum Antonium aput Perusiam successor datus est Al- 25 fenus Varus, qui iratus Mantuanis agros eorum parti Cremonensium iunxit. causa autem iracundiae haec fuit. Octauius Musa enim, ciuis Mantuanus idemque magistratus, cum tributum ab Augusto fuisset indictum, pecora Vari

capta pignori tam diu in foro clausa tenuit (nam Varus possessor Mantuanus erat), donec inedia morerentur, unde molestiam Mantuanis super amittendis agris intulit Varus; Virgilio tamen pepercit, quoniam condiscipulus eius fuerat. *Seru. ad ecl. 9, 7* subducere cliuo] — alii medium cliuum 5 accipiunt, ex quo superior pars subducitur in collem surgentem, inferior in subiectam planitiem molliter deprimitur: usque ad eum autem locum perticam militarem Octauius Musa porrexerat, limitator ab Augusto datus, i. e., per quindecim millia passuum agri Mantuani, cum Cremonensis 10 non sufficeret, offensus a Mantuanis, quod pecora eius in agro publico aliquando clausissent.

IVLIVS MARATHVS

TESTIMONIVM

1. *Suet. Aug. 79* Iulius Marathus libertus et a memoria eius [*Augusti*], *fr. 2.*

(VITAE AVGVSTI) FRAGMENTA

1. *Suet. Aug. 94* Auctor est Iulius Marathus, ante 68 paucos quam nasceretur [*Augustus*] menses prodigium 691 Romae factum publice, quo denuntiabatur, regem populi Romani naturam parturire; senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur, eos qui grauidas uxores haberent, quod ad se quisque spem traheret, curasse 20 ne senatus consultum ad aerarium deferretur.

2. *Suet. Aug. 79* Staturam [*Augusti*] breuem (quam tamen Iulius Marathus, libertus et a memoria eius, quinque pedum et dodrantis fuisse tradit) sed quae commoditate et aequitate memborum occuleretur. 25

C. DRVSVS

FRAGMENTVM

1. *Suet. Aug. 94* Infans adhuc [*Augustus*], ut scriptum apud C. Drusum extat, repositus uespere in cunas a nutricula loco plano, postera luce non comparuit diuque quaesitus tandem in altissima turri repertus est, iacens contra solis exortum.

IVLIVS SATVRNINVS

FRAGMENTVM

43/711 **1.** *Suet. Aug. 27* Iulius Saturninus hoc amplius tradit, cum peracta proscriptione M. Lepidus in senatu excusasset praeterita et spem clementiae in posterum fecisset, quoniam satis poenarum exactum esset, hunc [*Augustum*] e diuerso professum, ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia 5 sibi reliquerit libera.

AQVILIVS NIGER

FRAGMENTVM

43/711 **1.** *Suet. Aug. 11* Hoc bello [*Mutinensi*] cum Hirtius in acie, Pansa paulo post ex uulnere perissent, rumor increbruit ambos opera eius [*Augusti*] occisos, ut Antonio fugato, re p. consulibus orbata solus uictores exercitus 10 occuparet. Pansae quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi uenenum uulneri indidisset. Adicit his Aquilius Niger, alterum e consulibus Hirtium in pugnae tumultu ab ipso interemptum.

BAEBIVS MACER

FRAGMENTA

44/711 **1.** *Seru. ad Verg. ecl. 9, 47* Cum Augustus Caesar 15 ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit. ille eam esse confirmauit patris sui. — Baebius Macer circa horam octauam stellam amplissimam quasi lemniscis coronatam ortam dicit, quam quidam ad illustrandam gloriam Caesaris iuuenis pertinere existimabant. (*cf. August. fr. 5.*) 20

2. *Seru. ad Aen. V 556* Baebius tamen Macer dicit a Caesare Augusto pueris, qui luserant Troiam, donatas esse galeas et bina hastilia.

C. CLODIVS LICINVS

TESTIMONIVM

1. *Cos. suffectus a. 4. 757. uid. fr. 2.*

LIBRORVM RERVM ROMANARVM FRAGMENTA

1. *Liu. XXVIIII 22, 10* Hunc Pleminium Clodius Licinus in libro tertio rerum Romanarum refert ludis uotiuis, quos Romae Africanus iterum consul faciebat, conatum per quosdam, quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut effringendi carceris fugiendique haberet occasionem; patefacto dein scelere delegatum in Tullianum ex senatus consulto. 194 / 560 5

2*. *Suet. de gramm. 20 p. 115 Rf.* C. Iulius Hyginus — fuit familiarissimus Ouidio poetae et Clodio Licino consulari, historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua, quoad uixerit, sustentatum. 10

3. *Non. s. u. patibulum p. 221* Licinus rerum Romanarum libro XXI: Deligata ad patibulos. deligantur et circumferuntur, cruci defiguntur. 15

4. *Non. s. u. pristis p. 535* Clodius rerum Romanarum libro duodecimo: Quinque pristis nauigium ea forma a marina bellua dictum est.

FENESTELLA

TESTIMONIA

1. *Hieron. ad a. Abr. 2035 = 19 p. Chr. n. p. 147 Sch.* Fenestella historiarum scribtor et carminum septuagenarius moritur sepeliturque Cumis. *cf. fr. 12.* (*23?*)
2. *Lactant. inst. I 6* Fenestella, diligentissimus scriptor (*fr. 15*).
3. *Fenestella Plinio in n. h. auctor fuit sec. ind. in lib. XIV.* 5

ANNALIVM FRAGMENTA

1. *Non. s. u. praesente p. 154* Fenestella annali lib. II: Et quaedam extra praesente †exuis, quaedam absente proiecissem.

2. *Non. s. u. reticulum gen. masc. p. 221* Fenestella annalium: Fascem pectoralis reticulus 10

3*. *Censor. de d. n. 20, 2* Annum uertentem Licinius quidem Macer [*fr. 3*] et postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt.

4*. *Vlpian. in digest. I 13* A genere quaerendi quaestores initio dictos et Iunius et Trebatius et Fenestella scribunt. (*Ex eo Lyd. de mag. I 24 p. 139 Bk.*) 15

5*. *Plut. q. Rom. 41* Ἑτέρῳ δ' ἐχρήσαντο [*Romani*] νομίσματι βοῦν ἔχοντι καὶ πρόβατον καὶ ὗν παράσημον, εὐποροῦντες ἀπὸ τῶν θρεμμάτων μάλιστα καὶ τὴν εὐπορίαν ἀπὸ τούτων ἔχοντες. διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς Συίλλιοι καὶ Βουβολκοὶ καὶ Πόρκιοι ἦσαν, ὡς Φαινεστέλλας εἴρηκεν. (*cf. Poplic. 11.*) 20

6*. *Senec. ep. XVIII 5 (108), 31* Aeque notat [*philologus in legendo Ciceronis de re p. libro*] Romulum perisse solis defectione, prouocationem ad populum etiam a regibus fuisse: id ita in pontificalibus libris et alii putant et Fenestella. 25

7*. *Plin. n. h. XV 1* Fenestella uero omnino non fuisse [*oleam*] in Italia Hispaniaque aut Africa Tarquinio Prisco regnante ab annis populi Romani CLXXIII. 30

8*. *Ioann. Lyd. de mag. III 74* Πρὸς Πεσινοῦντι, πόλει τῆς Γαλατίας (οὕτω δὲ τὸ χωρίον ὀνομασθῆναι συμβέβηκεν ἐκ τοῦ πεσεῖν ἀπείρους ἐκεῖ Γαλατῶν τῶν περὶ Ῥοδανὸν ἐπιπεσόντων τῇ χώρᾳ Βρέννου ἡγησαμένου καὶ τὴν ὁμώνυμον αὐτοῖς χώραν ἐκδικεῖν βιαζομένων, ὡς Φενεστέλλας 5 καὶ Σισένας [*fr. 133*] οἱ Ῥωμαῖοί φασιν, ὧν τὰς χρήσεις ὁ Βάρρων ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀνήγαγεν· ἐγὼ δὲ τὰς βίβλους οὔπω τεθέαμαι) ἐκεῖ τοίνυν τέμενος ἦν κ. τ. λ.

9*. *Sueton. de poet. 6, 1 p. 26 Rf.* Quidam captum esse existimant [*P. Terentium Afrum*], quod fieri nullo 10 modo potuisse Fenestella docet, cum inter finem secundi Punici belli et initium tertii *et* natus sit et mortuus. nec si a Numidis aut Gaetulis captus sit, ad dominum Romanum peruenire potuisse, nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Karthaginem coepto. Hic cum multis 15 nobilibus familiariter uixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. quod et ipsum Fenestella arguit, contendens utroque maiorem natu fuisse. (*cf. Corn. Nep. de uir. ill. fr. 12.*) 20

10*. *Frontin. de aq. urb. Rom. I 7* Post annos centum $\frac{144}{610}$ uiginti septem, id est anno ab urbe condita sexcentesimo octauo, Ser. Sulpicio Galba [cum] Lucio Aurelio Cotta consulibus, cum Appiae Anionisque ductus uetustate quassati priuatorum etiam fraudibus interciperentur, datum est a senatu 25 negotium Marcio, qui tum praetor inter ciues ius dicebat, eorum ductuum reficiendorum ac uindicandorum. et quoniam incrementum urbis exigere uidebatur ampliorem modum aquae, eidem mandatum a senatu est, ut curaret, quatinus alias aquas quas posset in urbem perduceret . . . . . *pri*ores 30 ductus re*stituit*, tertiam illis uberiorem *per*duxit, cui ab auctore Marciae nomen est. Legimus aput Fenestellam in haec opera Marcio decretum sestertium milies octingenties et quoniam ad consummandum negotium non sufficiebat, spatium praeturae in annum alterum prorogatum.

11*. *Macrob. sat. I 10, 5* Masurius et alii uno die, $\frac{114}{640}$

id est quarto decimo kalendas Ianuarias fuisse, Saturnalia crediderunt, quorum sententiam Fenestella confirmat, dicens Aemiliam uirginem XV kalendarum Ianuariarum esse damnatam. quo die si Saturnalia gererentur, nec causam omnino dixisset. deinde adicit: Sequebantur eum diem Saturnalia. mox ait: Postero autem die, qui fuit tertius decimus kalendarum Ianuariarum, Liciniam uirginem, ut causam diceret, iussam: ex quo ostendit XIII kalendarum profestum esse. (*cf. Ascon. in Milon.* § *32 p. 40 K.*) 5

12*. *Plin. n. h. XXXIII 21* Ne tunc quidem omnes senatores habuere [*anulum aureum*], utpote cum memoria auorum multi praetura quoque functi in ferreo consenuerint, sicut Calpurnium et Manilium, qui legatus C. Marii fuerit Iugurthino bello, Fenestella tradit. 10

99/655 **13*.** *Plin. n. h. VIII 19* Romae pugnasse [*elephantos*] Fenestella tradit primum omnium in circo Claudi Pulchri aedilitate curuli M. Antonio A. Postumio cos. anno urbis DCLV, item post annos uiginti Lucullorum aedilitate curuli aduersus tauros. 15

14*. *Plin. n. h. VIIII 123* Romae in promiscuum ac frequentem usum uenisse [*uniones*] Alexandria in dicionem redacta, primum autem coepisse circa Sullana tempora minutas et uiles Fenestella tradit, manifesto errore. 20

85/669 **15*.** *Plut. Crass. 4* *Τάχει δ' ὑπερβάλλοντι χρησάμενος εἰς Ἰβηρίαν ἔφυγε* [*Marium Cinnamque L. Crassus*] *γεγονὼς πάλαι στρατηγοῦντος τοῦ πατρὸς αὐτόθι καὶ φίλους πεποιημένος. εὑρὼν δὲ πάντας περιδεεῖς καὶ τὴν ὠμότητα τὴν Μαρίου καθάπερ ἐφεστῶτος αὐτοῖς τρέμοντας οὐδενὶ γενέσθαι φανερὸς ἐθάρρησεν, ἀλλ' εἰς ἀγροὺς ἐμβαλὼν παραλίους Οὐιβίου Πακιακοῦ σπήλαιον ἔχοντας εὐμέγεθες ἔκρυψεν ἑαυτόν. πρὸς δὲ τὸν Οὐίβιον ἔπεμψεν ἕνα δοῦλον ἀποπειρώμενος ἤδη καὶ τῶν ἐφοδίων ἐπιλιπόντων. ὁ δὲ Οὐίβιος ἀκούσας ἥσθη τε σωζομένῳ καὶ πυθόμενος τὸ πλῆθος τῶν σὺν αὐτῷ καὶ τὸν τόπον αὐτὸς μὲν οὐκ ἦλθεν εἰς ὄψιν, τὸν δὲ τῶν χωρίων ἐπίτροπον προσαγαγὼν ἐγγὺς ἐκέλευσε καθ' ἡμέραν δεῖπνον πεποιημένον κομίζειν καὶ τιθέντα παρὰ τὴν πέτραν ἀπέρχε-* 25 30 35

σθαι σιωπῇ καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν μηδ' ἐξετάζειν, προειπὼν πολυπραγμονοῦντι θάνατον, συμπράττοντι δὲ τοῦτο πιστῶς ἐλευθερίαν. — (5.) Ἐνταῦθα διατρίβοντι τῷ Κράσσῳ τὰ ἐπιτήδεια καθ' ἡμέραν ἐφοίτα κομίζων ὁ ἄνθρωπος, αὐτὸς μὲν οὐχ ὁρῶν ἐκείνους οὐδὲ γινώσκων, ὑπ' ἐκείνων δὲ καθορώμενος εἰδότων καὶ παραφυλαττόντων τὸν καιρόν. ἦν δ' ἄφθονα καὶ πρὸς ἡδονήν, οὐ μόνον χρείαν ποιούμενα τὰ πρὸς τὸ δεῖπνον. ἐγνώκει γὰρ ὁ Οὐίβιος ἁπάσῃ φιλοφροσύνῃ θεραπεύειν τὸν Κράσσον, ᾧ γε καὶ τὸ τῆς ὥρας ἐν νῷ λαβεῖν ἐπῆλθεν, ὡς παντάπασι νεανίας εἴη καί τι καὶ ταῖς καθ' ἡλικίαν ἡδοναῖς αὐτοῦ χαριστέον, ἐπεὶ τήν γε χρείαν ἀναγκαίως μᾶλλον ἢ προθύμως ὑπουργοῦντος εἶναι. δύο δὴ θεραπαινίδας εὐπρεπεῖς ἀναλαβὼν ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. ὡς δ' ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον δείξας τὴν ἄνοδον ἐκέλευεν εἴσω πορεύεσθαι καὶ θαρρεῖν. οἱ δὲ περὶ τὸν Κράσσον ἰδόντες πορερχομένας ἔδεισαν, μή καταφανὲς καὶ γνώριμον εἴη τὸ χωρίον· ἀνέκρινον οὖν αὐτάς, τί βούλονται καὶ τίνες εἰσίν· ὡς δ' ἀπεκρίναντο δεδιδαγμέναι δεσπότην ζητεῖν ἐνταῦθα κρυπτόμενον, μαθὼν ὁ Κράσσος τοῦ Οὐιβίου τὴν πρὸς αὐτὸν παιδιὰν καὶ φιλοφροσύνην ἀνέλαβε τὰς παιδίσκας· καὶ συνῆσαν αὐτῷ τὸν λοιπὸν χρόνον ὧν ἐδεῖτο φράζουσαι καὶ διαγγέλλουσαι πρὸς τὸν Οὐίβιον. Τούτων φησὶ τὴν ἑτέραν ἤδη πρεσβῦτιν οὖσαν ὁ Φαινεστέλλας ἰδεῖν αὐτὸς καὶ πολλάκις ἀκοῦσαι μεμνημένης ταῦτα καὶ διεξιούσης προθύμως.

16*. *Plut. Sull. 28* Μάριος δὲ [*filius septiens consulis post pugnam ad Sacriportum commissam*] φεύγων εἰς Πραινεστὸν ἤδη τὰς πύλας εὗρε κεκλειμένας· καλωδίου δὲ ἄνωθεν ἀφεθέντος ἐνζώσας ἑαυτὸν ἀνελήφθη πρὸς τὸ τεῖχος. Ἔνιοι δέ φασιν, ὧν καὶ Φαινεστέλλας ἐστίν, οὐδὲ αἰσθέσθαι τῆς μάχης τὸν Μάριον ἀλλ' ἐξ ἀγρυπνιῶν καὶ κόπων ὑπὸ σκιᾷ τινι χαμαὶ κατακλινέντα τοῦ συνθήματος δοθέντος ἐνδοῦναι πρὸς ὕπνον, εἶτα μόλις ἐξεγείρεσθαι τῆς φυγῆς γενομένης. (*cf. Aurel. Vict. de uir. ill. 68.*)

80/674 **17*.** *Gell. XV 28, 4* In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animaduertit, quod eum [*Ciceronem*] scripserit sexto uicensimo aetatis anno pro S. Roscio dixisse.

18*. *Lact. diu. inst. I 6* Omnes igitur hae Sibyllae 5 unum deum praedicant, maxime tamen Erythraea, quae celebrior inter ceteras ac nobilior habetur. si quidem Fenestella, diligentissimus scriptor, de quindecim uiris di- 76/678 cens ait restituto Capitolio retulisse ad senatum C. Curionem cos., ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllae 10 conquisita Romam deportarent; itaque missos esse P. Gabinium M. Octacilium L. Valerium, qui descriptos a priuatis uersus circa mille Romam deportarunt. = *de ira dei 22* Sibyllas plurimi et maximi auctores tradiderunt, Graecorum Aristo Chius et Apollodorus Erythraeus, nostrorum Varro 15 et Fenestella. hi omnes praecipuam et nobilem praeter ceteras Erythraeam fuisse commemorant. Apollodorus quidem ut de ciui ac populari sua gloriatur, Fenestella uero etiam legatos Erythras a senatu esse missos refert, ut huius Sibyllae carmina Romam deportarentur, et ea con- 20 sules Curio et Octauius in Capitolio, quod tunc erat curante Q. Catulo restitutum, ponenda curarent. (*cf. Varr. ap. Dion. IV 62.*)

75/679 **19*.** *Ascon. in Cic. Corn. 66 p. 59 K.* Possum dicere hominem summa prudentia spectatum C. Cottam de suis 25 legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse] — Videntur autem in rebus paruis fuisse leges illae [*C. Aurelii Cottae*], *quas* cum tulisset, rettulit de eis abrogandis ad senatum; nam neque apud Sallustium neque apud Liuium neque apud Fenestellam ullius alterius ab eo *legis est* 30 mentio praeter eam quam in consulatu *tulit inuita* nobilitate magno populi studio, ut eis *qui tr. pl.* fuissent alios quoque magistratus *capere* liceret; quod lex ⟨*a*⟩ dictatore L. Sylla paucis *annis ante* lata prohibebat: neque eam Cottae legem abrogatam esse significat. 35

65/689 **20*.** *Ascon. in or. in tog. cand. p. 76 K.* Ante annum quam haec dicerentur, Catilina cum redisset ex Africa,

Torquato et Cotta coss. accusatus est repetundarum a P. Clodio adulescente, qui postea inimicus Ciceronis fuit. defensus est Catilina, ut Fenestella tradit, a Marco Cicerone. Quod ego ut addubitem et q. s. = *p. 77 K.* Verum ut egerit Muci causam Cicero, sic ut Catilinae egisse eum 5 uideri uult Fenestella, et q. s.

21. *Non. s. u. rumor p. 385* Fenestella annali lib. XXII: 57/697 Itaque ut magistratum tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adulescens et audax nec imparatus ad dicendum, contionibus assiduis inuidiam et Ptolomeo simul, iam qui profectus 10 ex urbe erat, et Publio Lentulo consuli, paranti iam iter, cogitare secundo quidem populi rumore coepit.

22*. *Ascon. in Pis. p. 4 K.* Ipsius Pisonis, contra quem haec oratio est, socerum Rutilium [Atilium] Nudum Fenestella tradit. 15

23*. *Ascon. arg. Mil. p. 27 K.* A. d. XIII kal. Febr. 52/702 (acta etenim magis sequenda et ipsam orationem, quae actis congruit, puto quam Fenestellam, qui a. d. XIIII kal. Febr. tradit) Milo Lanuuium, ex quo erat municipio et ubi tum dictator, profectus est ad flaminem prodendum 20 postera die.

24*. *Plin. n. h. VIII 195* Togas rasas Phryxianasque diui Augusti nouissimis temporibus coepisse scribit Fenestella.

25*. *Plin. n. h. XXXIII 146* Fenestella, qui obiit nouis- 25 simo Tiberii Caesaris principatu, ait et testudinea [*triclinia*] tum in usum uenisse, ante se autem paulo lignea, rotunda, solida nec multo maiora quam mensas fuisse, se quidem puero quadrata et conpacta aut acere operta aut citro coepisse, mox additum argentum in angulos lineasque per 30 commissuras, tympana uero se iuuene appellata, tum a stateris et lances, quas antiqui magides uocauerant.

26*. *Plin. n. h. IX 65* Nomen his [*mullis*] Fenestella a colore mulleorum calciamentorum datum putat.

27*. *Plin. n. h. XXXV 162* Atque ut e luxu quoque 35 aliqua contingat auctoritas figlinis, tripatinium, inquit Fenestella, appellabatur summa cenarum lautitia: una erat

murenarum, altera luporum, tertia mixti piscis, inclinatis iam scilicet moribus, ut tamen eos praeferre Graeciae etiam philosophis possimus, si quidem in Aristotelis heredum auctione septuaginta patinas uenisse traditur.

28. *Tertull. adu. Val. 34* Pudiciores alii — maluerunt nullum Bytho sexum deputare, et fortasse 'hoc deum' non 'hic deus' neutro genere pronuntiant. alii contra magis et masculum et feminam dicunt, ne apud solos Lunenses Hermaphroditum existimet annalium commentator Fenestella. 5

29*. *Prisc. VIII p. 386 H.* Fenestella: Frustratus igitur a spe, deuictus in castra se recepit. 10

EPITOMARVM FRAGMENTVM

76/678 30. *Diom. p. 365 K.* * quae significatio apud Fenestellam inuenitur in libro epitomarum secundo: Quem ad modum Caesar a piratis captus sit utque eos ipse postea ceperit et decollauerit. 15

M. VERRIVS FLACCVS

TESTIMONIA DE VITA

1. *Hieron. ad a. 2024 Abr. (8 p. Chr.) p. 147 Sch.* — M. Verrius Flaccus grammaticus insignes habentur.

2. *Suet. de gramm. 17 M.* Verrius Flaccus libertinus docendi genere maxime inclaruit. — qua re ab Augusto quoque nepotibus eius praeceptor electus transiit in Palatium cum tota schola. — decessit aetatis exactae sub Tiberio. 20

ETRVSCARVM RERVM FRAGMENTA

1. *Schol. Veron. ad Verg. Aen. X 183 p. 103 K.* Flaccus primo Etruscarum: Agylla, inquit, ab Etruscis [*conditoribus scili*]cet nominata est Cisra, quod esset Tiberis Etruscis primus agris subiectus. omnem enim po....... (lexa Ar)dea oppidum est Caere uocitatum. 25

2. *Schol. Veron. ad Verg. Aen. X 200 p. 103 K.* [*Flacc*]us Etruscarum I: In Appenninum, inquit, transgressus Archon Mantuam condidit.

C. IVLIVS HYGINVS

TESTIMONIA

1. *Sueton. de gramm. et rhet. 20 p. 115 Rff.* C. Iulius Hyginus Augusti libertus natione Hispanus (nonnulli Alexandrinum putant et a Caesare puerum Romam adductum Alexandria capta [*a. 47. 707*]) studiose et audiit et imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum Graecum, quem propter 5 antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam uocabant. praefuit Palatinae bibliothecae, nec eo secius plurimos docuit; fuitque familiarissimus Ouidio poetae et Clodio Licino consulari historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit [*fr. 2*] et liberalitate sua, quoad 10 uixerit, sustentatum. huius libertus fuit Iulius Modestus, in studiis atque doctrina uestigia patroni secutus. (*Ex eo confuse Hieron. ad a. 2008 Abr.* (*9 a. Chr.*) *p. 145 Sch.*)

2. *Hieron. de uir. ill. II p. 821 Vall.* De uiris illustribus scripserunt — apud Latinos Varro, Santra, Nepos, Hyginus et 15 — Tranquillus.

3. *Seru. ad Aen. VII 678* De Italicis etiam urbibus Hyginus plenissime scripsit et Cato in originibus. apud omnes tamen, si diligenter aduertas, de auctoribus conditarum urbium dissensio inuenitur, adeo ut ne urbis quidem Romae origo 20 possit diligenter agnosci.

4. *Hyginus Plinio in nat. hist. sec. ind. auctor fuit etiam in libr. III—VI. X—XII. XIV. XV. XVII. XXII.*

EXEMPLORVM FRAGMENTVM

1. *Gell. X 18, 5* Id monumentum Artemisia cum dis manibus sacris Mausoli dicaret, agona, id est certamen 25 laudibus eius dicundis, facit ponitque praemia pecuniae aliarumque rerum bonarum amplissima. ad eas laudes decertandas uenisse dicuntur uiri nobiles ingenio atque lingua praestabili, Theopompus, Theodectes, Naucrates. — Sed eo certamen uicisse Theopompum iudicatum est. — Extat nunc 30 quoque Theodecti tragoedia, quae inscribitur Mausolus, in qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in exemplis refert.

LIBRORVM DE VITA REBVSQVE INLVSTRIVM VIRORVM FRAGMENTA

2. *Ascon. in Pison. p. 12 K.* Valerio Maximo, ut Antias [*fr. 17*] tradidit, inter alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio, cuius exitus, quo magis insignis esset, in publicum uersus declinaretur, hoc est extra priuatum aperiretur. Varronem autem tradere M. Valerio, 5 quia saepius uicerat, aedes in Palatio tributas, Iulius Hyginus dicit in libro priore de uiris claris, *et* P. Valerio Volesi filio Publicolae aedium pub*lice lo*cum sub Veliis, ubi nunc aedis Victoriae est, populum ex lege, quam ipse tulerat, concessisse. 10

3. *Gell. I 14* Iulius Hyginus in libro de uita rebusque inlustrium uirorum sexto legatos dicit a Samnitibus ad C. Fabricium, imperatorem populi Romani, uenisse et memoratis multis magnisque rebus, quae bene ac beniuole post redditam pacem Samnitibus fecisset, optulisse dono 15 grandem pecuniam orasseque, uti acciperet utereturque, atque id facere Samnites dixisse, quod uiderent multa ad splendorem domus atque uictus defieri neque pro amplitudine dignitateque lautum paratum esse. tum Fabricium planas manus ab auribus ad oculos et infra deinceps ad 20 nares et ad os et ad gulam atque inde porro ad uentrem imum deduxisse et legatis ita respondisse: dum illis omnibus membris quae attigisset, opsistere atque imperare posset, numquam quicquam defuturum; propterea se pecuniam, qua nihil sibi esset usus, ab iis, quibus eam sciret 25 usui esse, non accipere.

4. *Gell. VI 1, 2* Nam et C. Oppius et Iulius Hyginus aliique, qui de uita et rebus Africani scripserunt, et q. s. *uid. Opp. fr. 2 p. 249.*

LIBRORVM VRBIVM ITALICARVM FRAGMENTA

5*. *Seru. ad Aen. I 530* Ceterum Italia Hesperia di- 30 citur a fratre Atlantis, qui pulsus a germano Italiam tenuit eique nomen pristinae regionis inposuit, ut Hyginus docet.

6*. *Macrob. sat. I 7, 19* Regionem istam, quae nunc uocatur Italia, regno Ianus optinuit, qui, ut Hyginus Protarchum Trallianum secutus tradit, cum Camese aeque indigena terram hanc ita participata potentia possidebant, ut regio Camesene, oppidum Ianiculum uocitaretur. post ad 5 Ianum solum regnum redactum est, qui creditur geminam faciem praetulisse, ut quae ante quaeque post tergum essent, intueretur. quod procul dubio ad prudentiam regis sollertiamque referendum est, qui et praeterita nosset et futura prospiceret, sicut Anteuorta et Postuorta, diuinitatis scilicet 10 aptissimae comites, apud Romanos coluntur. hic igitur Ianus, cum Saturnum classe peruectum excepisset hospitio et ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum et rudem ante fruges cognitas uictum in melius redegisset, regni eum societate munerauit: cum primus quoque aera signaret, seruauit et 15 in hoc Saturni reuerentiam, ut, quoniam ille naui fuerat aduectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera uero nauis exprimeretur, quo Saturni memoriam in posteros propagaret. — Cum inter haec subito Saturnus non comparuisset, excogitauit Ianus honorum eius augmenta. ac 20 primum terram omnem dicioni suae parentem Saturniam nominauit, aram deinde cum sacris tamquam deo condidit, quae Saturnalia nominauit. (*Ex Macr. Cynthius in Verg. Aen. I 294 ap. Mai. class. auct. VII p. 344.*)

7*. *Seru. in Aen. VIII 600* Hi [*Pelasgi*] primi Italiam 25 tenuisse perhibentur. — Hyginus dicit Pelasgos esse qui Tyrrheni sunt, hoc etiam Varro commemorat. (*cf. Dion. Hal. I 25.*)

8. *Macrob. sat. V 18, 15* Qui [*Vergilius*] cum legisset, Hernicos, quorum est Anagnia, a Pelasgis oriundos appel- 30 latosque ita a quodam Pelasgo duce suo, qui Hernicus nominabatur, morem quem de Aetolia legerat, Hernicis adsignauit, qui sunt uetus colonia Pelasgorum. Et Hernicum quidem hominem Pelasgum ducem Hernicis fuisse Iulius Hyginus in libro secundo urbium non paucis uerbis probat. 35

9. *Seru. in Aen. VIII 638* Aut 'seueris' disciplina aut rem hoc uerbo reconditam dixit [*Vergilius*], quia Sabini

a Lacedaemoniis originem ducunt, ut Hyginus ait de origine urbium Italicarum, a Sabo, qui de Perside Lacedaemonios transiens ad Italiam uenit et expulsis Siculis tenuit loca quae Sabini habent. nam et partem Persarum nomine Caspiros appellare coepisse, qui post corrupte Casperuli 5 dicti sunt. (*cf. Cat. fr. 51. Gell. fr. 10.*)

10. *Seru. in Aen. I 277* Vrbis enim illius [*Romae*] uerum nomen nemo uel in sacris enuntiat. denique tribunus plebei quidam Valerius Soranus, ut ait Varro et multi alii, hoc nomen ausus enuntiare, ut quidam dicunt, raptus a 10 senatu et in crucem leuatus est. — hoc autem urbis nomen ne Hyginus quidem, cum de situ urbis loqueretur, expressit.

11. *Seru. in Aen. VII 412* Licet Hyginus in Italicis urbibus ab augurio auis ardeae [*Ardeam*] dictam uelit. 15

12. *Seru. in Aen. VIII 597* Agylla ciuitas est Tusciae a conditore [*Agella*] appellata, cui ex inscientia Romana aliud est inditum nomen. nam cum Romani euntes per Tusciam interrogarent Agyllinos, quae diceretur ciuitas, illi, utpote Graeci, quid audirent, ignorantes et optimum du- 20 centes, si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε: quam salutationem Romani nomen ciuitatis esse putauerunt et detracta aspiratione eam Caere nominauerunt, ut dixit Hyginus in urbibus Italicis. (*cf. in X 183. Plin. n. h. III 51.*)

13. *Seru. in Aen. III 553* Aulon mons est Calabriae —, 25 in quo oppidum fuit a Locris conditum, quod secundum Hyginum, qui scripsit de situ urbium Italiarum, † olim non est.

LIBRI DE FAMILIIS TROIANIS FRAGMENTVM

14. *Seru. in Aen. V 389* Sane sciendum hunc [*Entellum*] secundum Hyginum, qui de familiis Troianis scripsit, 30 unum Troianorum fuisse, de quo Vergilius mutat historiam.

ALIA FRAGMENTA HISTORICA

15. *Seru. in Aen. II 15* De hoc equo [*Troiano*] uaria in historiis lecta sunt. ut Hyginus et Tubero [*fr. 2*] dicunt,

machinamentum bellicum fuit, quod equus appellatur, sicut aries, sicut testudo, quibus muri uel discuti uel subrui solent.

16. *Paul. adu. pag. 131 (p. 128 Oehl.)* Ista quidem mulier [*Vesta*], sicut commendat Hyginus, stamine prima 5 nouo uestem contexuit olim, nomine de proprio dictam, quam tradidit ipsa Vulcano, qui tunc illi monstrarat opertos custodire focos; hic rursum munere laetus obtulit hanc Soli, per quem deprehenderat ante Martis adulterium: nunc omnis credula turba suspendunt Soli per 10 Vulcanalia uestes, utque notent Venerem, tunc et portatur Adonis, stercore tunc mittunt, ipsum proh! stercore iactant.

17. *Non. s. u. picumnus p. 518* Hyginus: Est parra Vestae, picus Martis. 15

M. FABIVS

TESTIMONIVM

1. *Hygin. de astron. praef.* Hyginus M. Fabio plurimam salutem. Etsi te studio grammaticae artis inductum, non solum uersuum imitatione, quam pauci peruiderunt, sed historiarum quoque uarietate, qua scientia rerum perspicitur, praestare uideo, quae facilius etiam scriptis tuis perspici potest, 5 desiderans potius scientem quam liberalem iudicem, tamen — hoc uelut rudimento scientiae nisus scripsi ad te, non ut imperito monstrans sed ut scientissimum commonens.

T. LABIENVS

(filius uel nepos legati illius Caesaris, mort. fort. a. 12. 765.)

TESTIMONIA

1. *Senec. contr. IIII praef. 2* Labienus, homo mentis quam linguae amarioris. *controu. X praef. 4* De T. Labieno inter- 10 rogatis? declamauit non quidem populo sed egregie. — adfectauit enim censorium supercilium, cum alius animo esset: magnus orator, qui multa impedimenta eluctatus ad famam ingeni confitentibus magis hominibus peruenerat quam uolentibus. summa egestas erat, summa infamia, sum- 15 mum odium. — *Nemo erat* qui non cum homini omnia obiceret, ingenio multum tribueret. Color orationis antiquae, uigor nouae, cultus inter nostrum ac prius saeculum medius, ut illum posset utraque pars sibi uindicare. libertas tanta, ut libertatis nomen excederet et, quia passim ordines 20 hominesque laniabat, Rabies uocaretur. animus inter uitia ingens et ad similitudinem ingeni sui uiolentus, qui Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuisset. In hoc primum excogitata est noua poena: effectum est enim per inimicos ut omnes eius libri comburerentur: res noua et 25 inusitata supplicium de studiis sumi. — Non tulit hanc Labienus contumeliam nec superstes esse ingenio suo uoluit

sed in monimenta se maiorum suorum ferri iussit atque ita includi, ueritus scilicet ne ignis qui nomini suo subiectus erat, corpori suo negaretur: non finiuit tantum se ipse sed etiam sepeliuit. Memini aliquando, cum recitaret historiam, magnam partem illum libri con- 5 uoluisse *et* dixisse 'Haec quae transeo post mortem meam legentur'. Quanta in illis libertas fuit quam etiam Labienus extimuit? Cassi Seueri, hominis Labieno inuisissimi, belle dicta res ferebatur illo tempore quo libri Labieni ex senatus consulto comburebantur: 'Nunc me', inquit, 10 'uiuum uri oportet qui illos edidici'. *Suet. Calig. 16* Titi Labieni, Cordi Cremuti, Cassi Seueri scripta senatus consultis abolita requiri et esse in manibus lectitarique permisit [*Caligula*], quando maxime sua interesset, ut facta quaeque posteris tradantur. *cf. Cass. Dion. LVI 27* Μαθὼν 15 [*Augustus a. 12. 765*] ὅτι βιβλία ἄττα ἐφ' ὕβρει τινῶν συγγράφοιτο, ζήτησιν αὐτῶν ἐποιήσατο καὶ ἐκεῖνά τε τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα πρὸς τῶν ἀγορανόμων, τὰ δὲ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων κατέφλεξε καὶ τῶν συνθέντων αὐτὰ ἐκόλασέ τινας. 20

A. CREMVTIVS CORDVS

TESTIMONIA

1. *Tac. ann. IV 34* Cornelio Cosso Asinio Agrippa consulibus [*a. 25. 778*] Cremutius Cordus postulatur, nouo ac tunc primum audito crimine, quod editis annalibus laudatoque M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset. accusabant Satrius Secundus et Pinarius Natta, Seiani clientes. 5 id perniciabile reo, et Caesar truci uultu defensionem accipiens. quam Cremutius, relinquendae uitae certus, in hunc modum exorsus est: 'Verba mea, patres conscripti, arguuntur: adeo factorum innocens sum. — Brutum et Cassium laudauisse dicor —'. — (*35*) Egressus dein senatu 10 uitam abstinentia finiuit. Libros per aediles cremandos censuere patres, sed manserunt, occultati et editi.

2. *Dio Cass. LVII 24* Κρεμούτιος δὲ δὴ Κόρδος αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γενέσθαι, ὅτι τῷ Σηιανῷ προσέκρουσεν, ἠναγκάσθη· οὕτω γὰρ οὐδὲν ἔγκλημα ἐπαίτιον λαβεῖν ἠδυνήθη, καὶ γὰρ 15 ἐν πύλαις ἤδη γήρως ἦν καὶ ἐπιεικέστατα ἐβεβιώκει, ὥστε ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἣν πάλαι ποτὲ περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ πραχθέντων συνετεθείκει καὶ ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει, κριθῆναι, ὅτι τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον ἐπῄνεσε, καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς καθήψατο, τόν τε Καίσαρα καὶ 20 τὸν Αὔγουστον εἶπε μὲν κακὸν οὐδέν, οὐ μέντοι καὶ ὑπερεσέμνυνε. ταῦτά τε γὰρ ᾐτιάθη, καὶ διὰ ταῦτα αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ τότε μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα πρὸς τῶν ἀγορανόμων καὶ τὰ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἐκαύθη, ὕστερον δὲ ἐξεδόθη τε αὖθις, 25 ἄλλοι τε γὰρ καὶ μάλιστα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Μαρκία συνέκρυψεν αὐτὰ καὶ πολὺ ἀξιοσπουδαστότερα ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ Κόρδου συμφορᾶς ἐγένετο.

3. *Senec. consol. ad Marciam* [*filiam Cremutii a. fere 50. 803*] *22, 4* Propone illud acerbissimum tibi tempus, quo 30 Seianus patrem tuum clienti suo Satrio Secundo congia-

rium dedit. irascebatur illi ob unum aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat Seianum in ceruices nostras ne inponi quidem sed escendere. decernebatur illi statua in Pompeii theatro ponenda, quod exustum Caesar reficiebat. exclamauit Cordus tunc uere theatrum perire et q. s. 5

4. *Suet. Tib. 61* Obiectum et historico, quod Brutum Cassiumque ultimos Romanorum dixisset; animaduersum statim in auctores scriptaque abolita, quamuis probarentur ante aliquot annos etiam Augusto audiente recitata. 10

5. *Senec. l. s. c. 26, 5* [*ubi Cordum personatum facit dicentem*] Iuuabat unius me saeculi facta conponere in parte ultima mundi et inter paucissimos gesta. § *1* Puta itaque ex illa arce caelesti patrem tuum — non illo ingenio, quo ciuilia bella defleuit, quo proscribentis in aeternum ipse proscripsit, — dicere. — § *3* Ego nihil in me cuiquam permisi et cibo prohibitus ostendi tam magno me quam uidebar animo scripsisse. 15

6. *Quintil. X 1, 104* Habet amatores nec inmerito Cremuti libertas, quamquam circumcisis quae dixisse ei nocuerat: sed elatum abunde spiritum et audaces sententias deprehendas etiam in his, quae manent. 20

7. *Senec. l. s. 1, 3* [*ad filiam*] Vt uero aliquam occasionem mutatio temporis dedit, ingenium patris tui, de quo sumptum erat supplicium, in uisum hominum reduxisti et a uera illum uindicasti morte ac restituisti in publica monumenta libros, quos uir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Optime meruisti de Romanis studiis, magna illorum pars arserat. optime de posteris, ad quos ueniet incorrupta rerum fides auctori suo magno inputata. optime de ipso, cuius uiget uigebitque memoria, quamdiu in pretio fuerit Romana cognosci, quamdiu quisquam erit, qui reuerti uelit ad acta maiorum, quamdiu quisquam, qui uelit scire, quid sit uir Romanus, quid subactis iam ceruicibus omnium et ad Seianianum iugum adactis indomitus, quid sit homo ingenio, animo, manu liber. Magnum mehercule detrimentum res publica ceperat, si illum ob duas res pulcherrimas in 25 30 35

obliuionem coniectum, eloquentiam et libertatem, non eruisses: legitur, floret, in manus hominum, in pectora receptus uetustatem nullam timet: at illorum carnificum cito scelera quoque, quibus solis memoriam meruerunt, tacebunt. 5

8. *Suet. Calig. 16 uid. s. p. 285.*

9. *Cordus Plinio sec. ind. in n. h. auctor fuit etiam in libro VII.*

ANNALIVM (DE REBVS AVGVSTI) FRAGMENTA

43/711 **1.** *Senec. suas. 6, 19* Cremutius Cordus et ipse ait Ciceronem secum cogitasse, utrumne Brutum an Cassium 10 an Sextum Pompeium peteret, *set* omnia illa displicuisse praeter mortem: Cremuti Cordi: Quibus uisis laetus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset esse, quippe non satiatus modo caedendis ciuibus, sed differtus quoque, super rostra exponit. itaque quo saepius ille ingenti 15 circumfusus turba processerat, quae paulo ante coluerat piis contionibus, quibus multorum capita seruauerat, tum per artus suos laceratus, aliter ac solitus erat a ciuibus suis conspectus est, praependenti capiti orique eius inspersa sanie, breui ante princeps senatus Romanique no- 20 minis titulus, tum pretium interfectoris sui. praecipue tamen soluit pectora omnium in lacrimas gemitusque uisa ad caput eius deligata manus dextera, diuinae eloquentiae ministra, ceterorumque caedes priuatos luctus excitauerunt, illa una communem. 25

2. *Senec. suas. 6, 23* Cordi Cremuti non est operae pretium referre redditam Ciceroni laudationem, nihil enim ipso ae Cicerone dignum est ac ne hoc quidem quod paene maxime tolerabile est Cremuti Cordi: Proprias enim simultates deponendas interdum putabat, publicas numquam ui 30 deserendas: ciuis non solum magnitudine uirtutum sed multitudine quoque conspiciendus.

42/712 **3.** *Tacit. ann. IIII 34* Cremutius Cordus postulatur — quod editis annalibus laudatoque M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset. — quam [*defensionem*] Cre- 35

mutius—in hunc modum exorsus est:—Brutum et Cassium laudauisse dicor. (*cf. Plut. Brut. 44. App. b. ciu. IIII 114.*) = *Suet. Tib. 61* Obiectum et historico [*a Tiberio*], quod Brutum Cassiumque ultimos Romanorum dixisset. = *Cass. Dion. LVII 24* (*test. 2*). 5

4*. *Suet. Aug. 35* Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba — ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus: prima ipsorum arbitratu, quo uir uirum legit, secunda suo et Agrippae; quo tempore existimatur lorica sub ueste munitus ferroque cinctus praesedisse decem ualentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. Cordus Cremutius scribit ne admissum quidem tunc quemquam senatorum nisi solum et praetemptato sinu. 18/786

5*. *Plin. n. h. X 74* Auctores sunt omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues et confligere ad Memnonis tumulum, quas ob id Memnonidas uocant. hoc idem quinto quoque anno facere eas in Aethiopia circa regiam Memnonis exploratum sibi Cremutius tradit. (*Ex Plinio Solin. 40, 19 p. 187 M.*) 15 20

6*. *Plin. n. h. XVI 108* Cremutius auctor est numquam uirere arborem, ex qua Phyllis se suspenderit.

BRVTTEDIVS NIGER

TESTIMONIA

1. *Color eius ex actione pro herede adulteri rei contra Syriacum Senec. contr. II 1, 35 sq.; § 36* cum responderet Syriacus, ait: Primum non apud eundem praeceptorem studuimus: tu Apollodorum habuisti, cui semper narrari placet, ego Theodorum, cui non semper. *Tacit. ann. III 66* [*a. 22. 775*] C. Silanum, pro consule Asiae, repetundarum a sociis postulatum Mamercus Scaurus e consularibus, Iunius Otho praetor, Bruttedius Niger aedilis simul corripiunt obiectantque uiolatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem —. Bruttedium artibus honestis copiosum 25 30

et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quaeque iturum festinatio exstimulabat, dum aequalis, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat; quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis, quae tarda cum securitate, praematura uel cum exitio properant. *Anno c. 31. 784* 5 *cum Seiano interfectus, Iuuen. 10, 83.*

2. *De historiis cf. fr. 1. 2 cum Senec. suas. 6, 16* (nolo autem uos, iuuenes mei, contristari, quod a declamationibus ad historicos transeo), *21* (quoties magni alicuius *uiri* mors ab historicis narrata est, toties fere consummatio totius 10 uitae et quasi funebris laudatio redditur).

HISTORIARVM FRAGMENTA

43/711 **1.** *Senec. suas. 6, 20* Bruttedi Nigri: 'Elapsus interim altera parte uillae Cicero lectica per agros ferebatur; sed ut uidit adpropinquare notum sibi militem Popillium nomine, memor defensum a se laetiore uultu aspexit. at ille uicto- 15 ribus id ipsum imputaturus occupat facinus caputque decisum nihil in ultimo fine uitae facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat oblitus se paulo ante defensum ab illo'. Et hic uoluit positi in rostris capitis miserabilem faciem describere, sed magnitudine 20 rei obrutus est. *cf. controu. VII 2 (17), 8* Popillium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque *non* parricidi reum a Cicerone defensum, sed in priuato iudicio: declamatoribus placuit parricidi reum fuisse. 25

43/711 **2.** *Senec. suas. 6, 21* Bruttedi Nigri: Vt uero iussu Antonii inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditum erat loco, datae gemitu et fletu maximae uiri inferiae, nec ut solet uitam depositi in rostris corporis contio audiuit sed ipsa narrauit. nulla 30 non pars fori aliquo actionis inclutae signata uestigio erat, nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur: hoc certe beneficium palam erat, illam miserrimi temporis seruitutem ac lanienam dilatam in Antonium.

TVSCVS

TESTIMONIA

1. *Senec. suas. 2, 22* Sed si uultis, historicum quoque uobis fatuum dabo. Tuscus ille, qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia extincta est, maiestatis reum fecerat, homo quam inprobi animi tam infelicis ingenii, cum hanc suasoriam [*de trecentis Laconibus contra Xerxem* 5 *missis*] declamaret, dixit: 'Expectemus, si nihil aliut, hoc effecturi, ne insolens barbarus dicat: 'Veni, uidi, uidi'', cum hoc post multos annos diuus Iulius uicto Pharnace dixerit.

2. *Tacit. ann. VI 29* [*a. 34. 787*] Mamercus dein Scaurus 10 rursum postulatur, insignis nobilitate et orandis causis, uita probrosus. — Verum ab Seruilio et Cornelio accusatoribus adulterium Liuiae, magorum sacra obiectabantur. — *c. 30* Ac tamen accusatores, si facultas incideret, poenis adficiebantur, ut Seruilius Corneliusque perdito Scauro 15 famosi, quia pecuniam a Vario Ligure omittendae delationis ceperant, in insulas interdicto igni atque aqua demoti sunt.

CN. CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS

A. 23. 776 praetor peregrinus, 26. 779 consul (Tac. ann. IIII 42. 46), a. 34. 787 frustra ab Abudio Rusone in periculum uocatus, cum superioris Germaniae legiones curaret (τῆς Γερμανίας δέκα ἔτεσιν ἄρξαντα Cass. Dion. LIX 22), 'effusae clementiae (Suet. Galb. 6), modicus seueritate' (Tac. ann. VI 30), a. 39. 792 coniurationis cum Lepido reus factus et interfectus (Suet. Claud. 9. Act. fr. Arual. Henzen. p. XLIX.)

(HISTORIAE) FRAGMENTVM

12
765

1*. *Suet. Calig. 8* Vbi natus sit [*Caligula*], incertum diuersitas tradentium fecit. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi 20 genitum scribit. — Gaetulicum refellit Plinius [*fr. 2*] quasi mentitum per adulationem.

ANNAEVS SENECA

(pater, Cordubensis, natus a. fere 54. 700, mortuus fere 39. 792.)

TESTIMONIVM DE EIVS HISTORIA

1. *Ex Senec. philos. libro de uita patris (fr. 98 Haas.) ex membr. bibl. Vat. a Niebuhrio edit. Rom. 1820 p. 103 sq.* Si quaecunque composuit pater meus et edi uoluit, iam in manus populi emisissem, ad claritatem nominis sui satis sibi ipse prospexerat; nam nisi me decipit pietas, cuius 5 honestus etiam error est, inter eos haberetur, qui ingenio meruerunt, ut puris *scriptorum* titulis nobiles essent. quisquis legisset eius historias ab initio bellorum ciuilium, unde primum ueritas retro abiit, paene usque ad mortis suae diem, magni aestimaret scire, quibus natus esset parenti- 10 bus ille, qui res Roma*nas* . . . . . .

HISTORIARVM AB INITIO BELLORVM CIVILIVM FRAGMENTA

1*. *Lact. diu. inst. VII 15, 14* Non inscite Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates: primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse, a quo et genita et quasi educata sit Roma. deinde pueritiam sub ceteris 15 regibus, a quibus et aucta sit et disciplinis pluribus institutisque formata. at uero Tarquinio regnante cum iam quasi adulta esse coepisset, seruitium non tulisse et reiecto superbae dominationis iugo maluisse legibus obtemperare quam regibus. cumque esset adolescentia eius fine Punici 20 belli terminata, tum denique confirmatis uiribus coepisse iuuenescere. sublata enim Carthagine, quae diu aemula imperii fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit, donec regibus cunctis et nationibus imperio subiugatis cum iam bellorum materia deficeret, uiribus suis 25 male uteretur, quibus se ipsa confecit. haec fuit prima eius senectus, cum bellis lacerata ciuilibus atque intestino malo pressa rursus ad regimen singularis imperii recidit

quasi ad alteram infantiam reuoluta. amissa enim libertate, quam Bruto duce et auctore defenderat, ita consenuit, tamquam sustentare se ipsa non ualeret, nisi adminiculo regentium niteretur.

2*. *Suet. Tib. 73* Seneca eum [*Tiberium*] scribit intellecta defectione exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse, dein rursus aptasse digito, et compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem: subito uocatis ministris ac nemine respondente consurrexisse nec procul a lectulo deficientibus uiribus concidisse.

37/790 10

IMPERATOR TIBERIVS CLAVDIVS NERO

(natus a. 42. 712, imperator factus. 14. 767, mortuus 37. 790.)

DE EIVS CONMENTARIO TESTIMONIVM

1. *Suet. Domit. 20* Praeter commentarios et acta Tiberi Caesaris nihil lectitabat. *uid. fr. 1.*

CONMENTARII DE VITA SVA FRAGMENTVM

31/784 **1.** *Suet. Tib. 61* Etsi commentario, quem de uita sua summatim breuiterque composuit, ausus est scribere Seianum se punisse, quod comperisset furere aduersus liberos 5 Germanici filii sui.

IMPERATOR TIBERIVS CLAVDIVS

(natus a. 10. 744, imperator factus a. 41. 794, mortuus 54. 807.)

DE EIVS HISTORIA TESTIMONIA

1. *Suet. Claud. 41* Historiam in adulescentia hortante T. Liuio, Sulpicio uero Flauo [*cf. cap. 4*] etiam adiuuante scribere adgressus est. et cum primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit, refrigeratus saepe a semet ipso. 10 — In principatu quoque et scripsit plurimum et assidue recitauit per lectorem.

(I) Initium autem sumpsit historiae post caedem Caesaris dictatoris,

(II) sed et transiit ad inferiora tempora coepitque a 15 pace ciuili, cum sentiret neque libere neque uere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus saepe et a matre et ab auia.

Prioris materiae duo uolumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. 20

(III) Composuit et de uita sua octo uolumina, magis inepte quam ineleganter. — —

(IIII. V.) (*c. 42*) Denique et Graecas scripsit historias, Tyrrhenicon uiginti, Carchedoniacon octo. quarum causa

ueteri Alexandriae Musio *alterum* additum ex ipsius nomine, institutumque, ut quotannis in altero Tyrrhenicon libri, in altero Carchedoniacon diebus statutis uelut in auditorio recitarentur toti a singulis per uices.

2. *Dion. Cass. LX 2, 1* Οὗτος [*Claudius*] τὴν μὲν ψυχὴν οὐ 5 φαῦλος ἐγένετο, ἀλλὰ ἀεὶ καὶ ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥστε καὶ συγγράψαι τινά. (*ex eo ad uerbum Ioann. Antioch. ap. Muell. IIII p. 572 et Suid. II p. 273 Bernh.*) *Senec. apocol. 5* Claudius gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historiis suis locum. 10

3. *Claudius Caesar Plinio in n. h. sec. indicem auctor fuit etiam in libro XIII.*

HISTORIAE FRAGMENTA

1. *Suet. Claud. 21* Fecit [*Claudius*] et saeculares, quasi 17 anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reseruatos, 737 quamuis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos 15 Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse.

2*. *Suet. Claud. 2* Diu atque etiam post tutelam receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit, quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, 20 ut se quibuscumque de causis quam saeuissime coerceret, ipse quodam libello conqueritur.

3. *Plin. n. h. XII 78* Peregrinos ipsa [*Arabia*], mire odores et ad exteros petit: tanta mortalibus suarum rerum satias est alienarumque auiditas. petunt igitur in Elymaeos 25 arborem bratum cupresso fusae similem, exalbidis ramis, iucundi odoris accensam et cum miraculo historiis Claudi Caesaris praedicatam. folia eius inspergere potionibus Parthos dicit, odorem esse proxumum cedro fumumque eius contra ligna alia remedio. 30

4*. *Plin. n. h. V 63* Mareotis lacus a meridiana urbis parte euripo e Canopico ostio mittit ex mediterraneo commercia, insulas quoque plures amplexus, XXX traiectu, CCL ambitu, ut tradit Claudius Caesar.

5*. *Plin. n. h. VI 27* Vniuersae [*Armeniae maioris*] 35 magnitudinem Aufidius quinquagiens centena milia prodidit,

Claudius Caesar longitudinem a Dascusa ad confinium Caspii maris |XIIII| p., latitudinem dimidium eius a Tigranocerta ad Hiberiam.

6*. *Plin. n. h. VI 31* Claudius Caesar a Cimmerio Bosporo ad Caspium mare CL prodidit, eaque perfodere 5 cogitasse Nicatorem Seleucum, quo tempore sit ab Ptolomaeo Ceranno interfectus.

7*. *Plin. n. h. VI 128* Tam uicinum Arsaniae fluere eum [*Tigridem*] in regione Archene Claudius Caesar auctor est, ut, cum intumuere, confluant nec tamen misceantur 10 leuiorque Arsanias innatet MMMM ferme spatio, mox diuisus in Euphraten mergatur.

8*. *Plin. n. h. VII 35* Claudius Caesar scribit hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interisse.

AGRIPPINA CLAVDII

(nata a. 15. 768, mortua 59. 812.)

TESTIMONIVM

1. *Tacit. ann. IIII 53* Id [*fr. 2*] ego, a scriptoribus anna- 15 lium non traditum, repperi in commentariis Agrippinae filiae, quae, Neronis principis mater, uitam suam et casus suorum posteris memorauit.

CONMENTARIORVM FRAGMENTA

26/779 **1.** *Tac. ann. IIII 53* At Agrippina peruicax irae et morbo corporis implicata, cum uiseret eam Caesar [*Tibe-* 20 *rius*], profusis diu ac per silentium lacrimis, mox inuidiam et preces orditur: subueniret solitudini, daret maritum, habilem adhuc iuuentam sibi, neque aliut probis quam ex matrimonio solacium; esse in ciuitate *qui* . . . . Germanici coniugem ac liberos eius recipere dignarentur. Sed 25 Caesar non ignarus quantum ex re publica peteretur, ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, sine responso quamquam instantem reliquit. Id ego — repperi in commentariis Agrippinae filiae.

37/790 **2*.** *Plin. n. h. VII 46* Neronem — principem — pe- 30 dibus genitum scribit parens eius Agrippina.

CORNELIVS BOCCHVS

TESTIMONIA

1. *C. I. L. II n. 35* (*Huebner Herm. I p. 397*) 'L. Cornelio C. f(ilio) Boccho, flam(ini) prouin(ciae), tr(ibuno) mil(itum) colonia Scalabitana ob merita in coloniam.' *Ephem. epigr. I p. 182* [*L. C*]ornelio C.[*uel L.?*] f(ilio) [*B*]occho [*flami*]ni provinc(iae) [*tr*(*ibuno*)] mil(itum) leg(ionis) III 5 Aug(ustae) . . . .

2. *Bocchus Plinio in n. h. auctor fuit sec. ind. lib. XXXIII—XXXIIII.*

HISTORIAE FRAGMENTA

1*. *Solin. 2, 18* Delphicam autem Sibyllam ante Troiana bella uaticinatam Bocchus autumat, cuius pluri- 10 mos uersus operi suo Homerum inseruisse manifestat.

2*. *Solin. 1, 97* Polymestor Milesius puer, cum a matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est et ob id statim productus a gregis domino olympiade sexta et quadragesima, ut Bocchus auctor est, 15 uictor in stadio meruit coronam.

3*. *Solin. 2, 11* A Zanclensibus Metaurum locatum, a Locrensibus Metapontum quod nunc Vibo dicitur, Bocchus absoluit.

4*. *Plin. XVI 216* Memorabile — in Hispania Sa- 20 gunti templum Dianae a Zacyntho aduectae cum conditoribus annis CC ante excidium Troiae, ut auctor est Bocchus (infra ipsum oppidum id habent, cui pepercit religione inductus Hannibal) iuniperi trabibus etiam nunc durantibus.

5*. *Plin. XXXVII 24* Auctor est — Cornelius Bocchus 25 et in Lusitania [*crystallum effossum*] perquam mirandi ponderis in Ammaeensibus iugis, depressis ad libramentum aquae puteis.

6*. *Plin. XXXVII 97* Bocchus et in Olisiponensi erui scripsit magno labore ob argillam soli adusti [*car-* 30 *bunculos*].

7*. *Plin. XXXVII 127* Appellantur aliquae [*hyacinthi*] et chryselectroe, in colorem electri declinantes, matutino tamen tantum aspectu. Ponticas deprehendit leuitas. quaedam durae sunt ac rufae, quaedam molles, sordidae. Bocchus auctor est et in Hispania repertas, quo 5 in loco crystallum dixit ad libramentum aquae puteis depressis, inde erutam chrysolithon XII pondo a se uisam.

8*. *Cassiod. uar. V 2 I p. 73 Garet.* Hoc quodam Cornelio scribente legitur in interioribus insulis Oceani ex arboris succo defluens, unde et succinum dicitur, paula- 10 tim solis ardore coalescere. (*cf. Plin. n. h. XXXVII 43. Solin. 20, 9.*)

AVFIDIVS BASSVS

TESTIMONIA

1. *Senec. ep. 30, 1* [*scripta inter a. 57. 810 et 65. 818*] Bassum Aufidium, uirum optimum, uidi quassum, aetati obluctantem. sed iam plus illum degrauat quam quod pos- 15 sit adtolli: magno senectus et uniuerso pondere incubuit. scis illum semper infirmi corporis et exsucti fuisse. diu illud continuit et, ut uerius dicam, concinnauit: subito defecit. — (*3.*) Bassus tamen noster alacer animo est. hoc philosophia praestat. — (*5.*) Bassus noster uidebatur 20 mihi prosequi se et conponere et uiuere tamquam superstes sibi et sapienter ferre desiderium sui. — (*14.*) dicebat quidem ille Epicuri praeceptis obsequens: '—'.

2. *Quintil. X 1, 103* Quam [*auctoritatem historiae*] paulum aetate praecedens eum [*Seruilium Nonianum, cf. p. 301*] 25 Bassus Aufidius egregie, utique in libris belli Germanici, praestitit, genere ipso probabilis in omnibus, quibusdam suis ipse uiribus minor.

3. *Plin. nat. hist. praef. 20* Vos quidem omnes, patrem te [*Vespasianum*] fratremque diximus opere iusto, temporum nostrorum 30 historiam orsi a fine Aufidii Bassi. *uid. Plin. epist. III 5, 6.*

4. *Tacit. dial. 23* Sed uobis utique uersantur ante oculos isti — quibus eloquentia Aufidi Bassi aut Seruilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet.

HISTORIARVM FRAGMENTA

1. *Senec. suas. 6, 18* Bassus Aufidius et ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit quin fortiter se morti non praebuerit tantum sed obtulerit. Aufidi Bassi: Cicero paulum remoto uelo postquam armatos uidit, 'Ego uero consisto' ait, 'accede ueterane et, si hoc saltim potes recte facere, incide ceruicem'. Trementi deinde dubitantique 'Quid si ad me', inquit, 'primum uenissetis'. 43/711 5

2. *Senec. suas. 6, 23* Aufidi Bassi: Sic M. Cicero decessit, uir natus ad rei publicae salutem, quae diu defensa et administrata in senectute demum e manibus eius elabitur, non ipsius uitio laesa, *sed* quod nihil in salutem eius aliud illi quam si caruisset Antonio, placuit. Vixit sexaginta et tres annos ita, ut semper aut peteret alterum aut inuicem peteretur, nullamque rem rarius quam diem illum quo nullius interesset ipsum mori, uidit. 43/711 10 15

3. *Cassiod. in fin. chron. p. 659 Momms.* A Bruto et Tarquinio usque ad consulatum uestrum, sicut ex Tito Liuio et Aufidio Basso et Paschali clarorum uirorum auctoritate firmato collegimus, anni sunt MXXXI.

p. 630 Mo. (*746 a. u. c.*) C. Asinius et C. Marcius. 20
His conss. inter Albim et Rhenum Germani omnes Tiberio Neroni dediti. Per Sextum Apuleium Pannonii subacti.

(*747*) Ti. Nero et Cn. Piso.
(*748*) D. Laelius et C. Antistius.
(*749*) Augustus Caesar XI et L. Sylla. 25
(*750*) C. Caluisius et L. Passienus.
(*751*) C. Lentulus et M. Messala.
(*752*) C. Augustus Caesar XII et M. Plautius.
(*753*) Cossus Lentulus et L. Piso.
(*1 p. Chr.*) C. Augustus Caesar XIII et L. Paulus. 30
(*2*) C. Vinicius et P. Alfenus.
(*3*) M. Seruilius et L. Lamia.
(*4*) Sex. Aelius et C. Sentius.
(*5*) Cn. Cinna et L. Valerius.

His conss. per dies octo Tiberis impetu miseranda clades hominum domorumque fuit. 35

(*6*) M. Lepidus et L. Arruntius.
(*7*) Q. Caecilius et A. Licinius.
(*8*) M. Furius et Sex. Nonius.
(*9*) Q. Sulpicius et C. Poppaeus.
(*10*) P. Dolabella et C. Silanus. 5
(*11*) M. Lepidus et T. Statilius.
(*12*) Ger. Caesar et C. Fonteius.
(*13*) L. Plancus et C. Silius.
(*14*) Sex. Pompeius et Sex. Apuleius.

His conss. imp. Augustus obiit septuagesimo sexto 10 anno aetatis suae, imperii autem quinquagesimo sexto semis. Huic successit in imperium Tiberius Caesar, qui imperauit ann. XXIII. Sub quo hi consules fuerunt:

(*15*) Drusus Caesar et C. Norbanus.
(*16*) Sisenna Statilius et L. Scribonius. 15
His conss. mathematici urbe pelluntur.
(*17*) L. Pomponius et C. Caecilius.
(*18*) Ti. Caesar et Germanicus Caesar.
(*19*) M. Silanus et C. Norbanus.

His conss. Germanicus Caesar in Syria mortuus est. 20

(*20*) M. Valerius et M. Aurelius.
(*21*) Ti. Caesar et Drusus Caesar.
(*22*) D. Haterius et C. Sulpicius.
(*23*) C. Asinius et C. Antistius.

His conss. Drusus Caesar publice funeratur. 25

(*24*) S. Cornelius et L. Visellius.
(*25*) M. Asinius et Cossus Cornelius.
(*26*) C. Caluisius et Cn. Gaetulicus.
(*27*) L. Piso et M. Crassus.
(*28*) App. Silanus et P. Silius. 30
(*29*) C. Rubellius et C. Fufius.
(*30*) M. Vinicius et L. Cassius.
(*31*) Ti. Caesar V conss.

4*. *Plin. n. h. VI 27* Vniuersae [*Armeniae maioris*] magnitudinem Aufidius quinquagiens centena milia prodidit. 35

M. SERVILIVS NONIANVS

(cos. a. 35. 788. mortuus 59. 812.)

TESTIMONIA

1. *Plin. n. h. XXVIII 29* M. Seruilius Nonianus, princeps ciuitatis. *Tac. ann. XIIII 19* Sequuntur [*a. 59. 812*] uirorum illustrium mortes, Domitii Afri et M. Seruilii, qui summis honoribus et multa eloquentia uiguerant, ille orando causas, Seruilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis 5 celebris et elegantia uitae, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diuersus. *Pers. uita (de comment. Probi Val.) p. 234 Jahn. p. 73 Reiff.* Coluit [*Persius*] ut patrem Seruilium Nonianum.

2. *Plin. ep. I 13, 3* Memoria parentum Claudium Caesarem 10 ferunt, cum in palatio spatiaretur audissetque clamorem, causam requisisse, cumque dictum esset recitare Nonianum, subitum recitanti inopinatumque uenisse.

3. *Quintil. X 1, 102* Mihi egregie dixisse uidetur Seruilius Nonianus pares eos [*Sallustium et Liuium*] magis quam 15 similes; qui et ipse a nobis auditus est, clari uir ingenii et sententiis creber, sed minus pressus quam historiae auctoritas postulat.

4. *Tacit. dial. 23* Vobis utique uersantur ante oculos isti, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt, 20 quibus eloquentia Aufidi Bassi aut Seruilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet.

HISTORIAE FRAGMENTVM

1*. *Quintil. X 1, 102* Nam mihi egregie dixisse uidetur Seruilius Nonianus pares eos [*Sallustium Liuiumque*] magis quam similes. 25

L. ANNAEVS SENECA

(Cordubensis, cos. suffectus a. 57. 810, mortuus 65. 818.)

DE VITA PATRIS FRAGMENTVM

1. *Ex cod. Vatic. ed. Niebuhr. p. 103 sq.* Incipit eiusdem Annaei Senecae de uita patris feliciter: scribente

me Niciano die et lo(co) s(upra) s(cripto): Si quaecunque composuit pater meus et edi uoluit, iam in manus populi emisissem, ad claritatem nominis sui satis sibi ipse prospexerat: nam nisi me decipit pietas, cuius honestus etiam error est, inter eos haberetur, qui ingenio meruerunt, ut puris *scriptorum* titulis nobiles essent. Quisquis legisset eius historias ab initio bellorum ciuilium, unde primum ueritas retro abiit, paene usque ad mortis suae diem, magni aestimaret scire, quibus natus esset parentibus ille qui res Roman*as* . . . . (*uid. supra p. 292*).

P. (FANNIVS?) THRASEA PAETVS

(Patauinus, cos. suffectus (incertum quo anno), quindecimuir sacris faciundis, a 66. 819 maiestatis accusatus 'acta aetate' ipse ('uirtus ipsa' Tac. ann. XVI 21. 26) se interfecit.)

TESTIMONIA

1. *Tac. ann. XVI 26* [*hortantur amici*] intemeratus, inpollutus, quorum [*stoicorum*] uestigiis et studiis uitam duxerit, eorum gloria peteret finem. *Vit. Pers. p. 235 Jahn.* (*p. 74 Reif.*) Idem [*Persius*] decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente.

DE CATONE VTICENSI FRAGMENTA

58/696 1. *Plut. Cat. 36* *Καὶ γὰρ αὐτὸς* [*Munatius*] *σύγγραμμα περὶ τοῦ Κάτωνος ἐξέδωκεν, ᾧ μάλιστα Θρασέας ἐπηκολούθησε. λέγει δὲ κ. τ. λ.* = *Munat. fr. 2 p. 243.*

2. *Plut. Cat. 25* *Ὡς ἱστορεῖ Θρασέας εἰς Μουνάτιον, ἄνδρα Κάτωνος ἑταῖρον καὶ συμβιωτήν, ἀναφέρων τὴν πίστιν, κ. τ. λ.* = *Munat. fr. 3 p. 244.*

P. ANTEIVS

TESTIMONIA

1. *Tacit. ann. XIII 22* [*a. 55. 808*] Syria P. Anteio destinata, sed uariis mox artibus elusus ad postremum in urbe retentus est.

2. *Tac. ann. XVI 14* [*a. 66. 819*] Igitur interceptis Antei litteris, furatus [*Antistius Sosianus*] etiam libellos, quibus dies genitalis eius et euentura secretis Pammenis occultabantur, simul repertis, quae de ortu uitaque Ostorii Scapulae composita erant, scribit ad principem — —, quippe 5 Anteium et Ostorium imminere rebus et sua Caesarisque fata scrutari. — atque ille hausto ueneno tarditatem eius perosus intercisis uenis mortem adproperauit.

CN. DOMITIVS CORBVLO

(Filius Vistiliae ('Gliti ac postea Pomponi atque Orfiti, clarissimorum ciuium coniugis' Plin. n. h. VII 39) cos. suffectus a. 39. 792, praeerat Germaniae a. 47. 800 ('principium illa militia fuit' Tac. ann. XI 18) bellumque Chaucis intulit, sed reuocatus est Claudii inuidia, pro consule Asiae inter annos 50. 803—54. 807, legatus in Armenia et Syria rem praeclare contra Parthos gessit a 54. 807—67. 820, Nerone auctore se interfecit Cenchreis a. 67. 820.)

COMMENTARIORVM FRAGMENTA

1*. *Plin. n. h. II 180* Solis defectum Vipstano et 59 Fonteio cos. — factum pridie kalendas Maias Campania hora 812 diei inter septimam et octauam sensit, Corbulo dux in Armenia inter horam diei decimam et undecimam prodidit, uisum circuitu globi alia aliis detegente et occultante. (*cf. Tacit. XIII 41.*)

2*. *Tacit. ann. XV 16* Ceterum obsessis Romanis 62 [*ad flumen Arsaniam Caesennio Paeto duce a Vologaese* 815 *Parthisque*] adeo suppeditauisse rem frumentariam constitit ut horreis ignem inicerent, contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum et pabulo attrito relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere afuisse. adicit 20 iure iurando Paeti cautum apud signa astantibus iis, quos testificando rex misisset, neminem Romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur litterae Neronis, an paci annueret. Quae ut augendae infamiae composita, sic reliqua non in obscuro habentur, una die quadraginta milium 25 spatium emensum esse Paetum desertis passim sauciis,

neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in acie uertissent.

3*. *Plin. n. h. V 83* Oritur [*Euphrates*] in praefectura Armeniae maioris Caranitide, ut prodidere ex iis, qui proxime uiderant, Domitius Corbulo in monte Aga. 5

4*. *Plin. n. h. VI 23* Peracta est interior ora a Cio amne omnesque accolae, nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus, in quo multa aliter ac ueteres proditurum me non eo infitias, anxia perquisita cura rebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone regibusque inde missis 10 supplicibus aut regum liberis obsidibus. ordiemur autem a Cappadocum gente. — — — (39) A Cyro Caspium mare uocari incipit. accolunt Caspi. Corrigendus est in hoc loco error multorum, etiam qui in Armenia res proxume cum Corbulone gessere. namque hi Caspias appellauere 15 portas Hiberiae, quas Caucasias diximus uocari, situsque depicti et inde missi hoc nomen inscriptum habent. et Neronis principis comminatio ad Caspias portas tendere dicebatur, cum peteret illas, quae per Hiberiam in Sarmatas tendunt, uix ullo propter oppositos montis aditu ad Caspium 20 mare. sunt autem aliae Caspiis gentibus iunctae, quod dinosci non potest nisi comitatu rerum Alexandri Magni.

TI. CLAVDIVS BALBILLVS

TESTIMONIA

1. *Tac. ann. XIII 22 [a. 55. 808]* — Aegyptus Ti. Balbillo permittuntur. *cf. Plin. n. h. XVIIII 3. C. I. G. 4699. 4730. 4957, 28.* 25

(COMMENTARIORVM?) FRAGMENTVM

1. *Senec. nat. quaest. IIII 2, 13* Balbillus, uirorum optimus profectusque in omni litterarum genere rarissimi, auctor est, cum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum a mari concurrentium et crocodilorum 30 a flumine aduersum agmen agentium uelut pro partibus proelium. crocodilos ab animalibus placidis morsuque innoxiis

uictos. his superior pars corporis dura et inpenetrabilis est etiam maiorum animalium dentibus, at inferior mollis ac tenera. hanc delphini spinis, quas dorso eminentes gerunt, submersi uolnerabant et in aduersum enisi diuidebant. rescissis hoc modo pluribus ceteri uelut acie uersa refugerunt. 5

C. SVETONIVS PAVLINVS

(A. 42. 795 legatus pro praetore in Mauretania feliciter rem gessit, paullo post cos. suffectus; 59. 812 — 61. 814 'Suetonius — Paulinus biennio prosperas res habuit subactis nationibus firmatisque praesidiis' Tac. Agr. 14. 'Sed tum Paulinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiae et rumore populi — Corbulonis concertator receptaeque Armeniae decus aequare domitis perduellibus cupiens' ann. XIIII 29. Mona insula debellata et seditione Boudiccae oppressa inuidia Iulii Classici Romam reuocatur. a. 66. 819 cos. ordinarius pro Othone contra Vitellium pugnauit sed Othone deuicto ipse se apud uictores proditionis crimine foedauit.)

(CONMENTARIORVM?) FRAGMENTVM

1*. *Plin. n. h. V 14* Suetonius Paulinus, quem consulem 42/795 uidimus, primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot milium spatio prodidit de excelsitate quidem eius quae ceteri, imas radices densis altisque repletas siluis incognito genere arborum, proceritatem spectabilem 10 esse enodi nitore, frondes cupressi praeterquam grauitate odoris, tenui eas obduci lanugine, quibus addita arte posse quales e bombyce uestes confici. uerticem altis etiam aestate operiri niuibus. decumis se eo peruenisse castris et ultra ad fluuium qui Ger uocatur per solitudines nigri pulueris, 15 eminentibus interdum uelut exustis cautibus, loca inhabitabilia feruore quamquam hiberno tempore experto. Qui proxumos inhabitent saltus refertos elephantorum ferarumque et serpentium omni genere, Canarios appellari; quippe uictum eius animalis promiscuum his esse et diuidua 20 ferarum uiscera.

T. FLAVIVS VESPASIANVS

(natus a. 9. 762, imperator a. 69. 822 — 79. 832.)

TESTIMONIA DE HISTORIA

1. *Tac. hist. II 80* Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos adloquitur, satis decorus etiam Graeca facundia omniumque, quae diceret atque ageret, arte quadam ostentator. *Aur. Vict. Caes. 9, 1* Facundiae haud egens promen- 5 dis quae senserat.

2. *Iosephus in uit. sua contra Iustum in historia aemulatorem c. 65* Ἀλλ' ἴσως τὰ κατὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πραχθέντα μετ' ἀκριβείας φήσεις συγγεγραφέναι· καὶ πῶς οἷόν τε; οὔτε γὰρ πολέμῳ παρέτυχες οὔτε τὰ Καίσαρος ἀνέγνως ὑπομνή- 10 ματα. μέγιστον δὲ τεκμήριον, τοῖς γὰρ Καίσαρος ὑπομνήμασιν ἐναντίαν πεποίησαι τὴν γραφήν· εἰ δὲ θαρρεῖς ἄμεινον ἁπάντων συγγεγραφέναι, διὰ τί ζώντων Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου τῶν αὐτοκρατόρων τῶν τὸν πόλεμον κατεργασαμένων, καὶ βασιλέως Ἀγρίππα περιόντος ἔτι καὶ τῶν ἐκ γένους αὐτοῦ 15 πάντων, ἀνδρῶν τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ἡκόντων, τὴν ἱστορίαν οὐκ ἔφερες εἰς μέσον;

3. *Ioseph. contra Apion. I 10* Πῶς οὖν οὐκ ἂν θρασεῖς τις ἡγήσαιτο τοὺς ἀνταγωνίζεσθαί μοι περὶ τῆς ἀληθείας ἐπικεχειρηκότας; οἳ κἂν τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν 20 ἐντυχεῖν λέγωσιν, ἀλλ' οὔ γε καὶ τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον.

COMMENTARIORVM FRAGMENTVM

66/819 **1.** *Ioseph. uit. 65* Πῶς οὖν (ἵνα φῶ πρὸς αὐτὸν ὡς παρόντα), Ἰοῦστε, δεινότατε συγγραφέων (τοῦτο γὰρ αὐχεῖς περὶ σεαυτοῦ), αἴτιοι γεγόναμεν ἐγώ τε καὶ Γαλιλαῖοι τῇ 25 πατρίδι σου τῆς πρὸς Ῥωμαίους καὶ πρὸς τον βασιλέα στάσεως; πρότερον γὰρ ἢ ἐμὲ τῆς Γαλιλαίας στρατηγὸν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν χειροτονηθῆναι, σὺ καὶ πάντες

Τιβεριεῖς οὐ μόνον ἀνειλήφατε τα ὅπλα, ἀλλὰ καὶ τας ἐν Συρίᾳ δέκα πόλεις ἐπολεμεῖτε [*II 18, 1*]. *σὺ γοῦν τὰς κώμας αὐτῶν ἐνέπρησας, καὶ ὁ σὸς οἰκέτης ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἐκείνης ἔπεσεν. ταῦτα δὲ οὐκ ἐγὼ λέγω μόνος, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Οὐεσπασιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ὑπομνήμασιν οὕτω* 5 *γέγραπται, καὶ τίνα τρόπον ἐν Πτολεμαΐδι Οὐεσπασιανοῦ κατεβόησαν οἱ τῶν δέκα πόλεων ἔνοικοι, τιμωρίαν ὑποσχεῖν σε τον αἴτιον ἀξιοῦντες.*

M. ANTONIVS IVLIANVS

TESTIMONIVM

1. *Ioseph. b. Iud. VI 4, 3* [*Expugnatis Hierosolymis a. 70. 823*] 10 *συνελθόντων ἓξ τῶν κορυφαιοτάτων — — πρὸς οἷς — ἦν — Μάρκος Ἀντώνιος Ἰουλιανὸς ὁ τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπος, — βουλὴν περὶ τοῦ ναοῦ προυτίθει* [*Titus*]. *τοῖς μὲν οὖν ἐδόκει χρῆσθαι τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ. μὴ γὰρ ἄν ποτε Ἰουδαίους παύσασθαι νεωτερίζοντας τοῦ ναοῦ μένοντος, ἐφ'* 15 *ὃν οἱ πανταχόθεν συλλέγονται* [*in quibus Antonium fuisse ex eis q. sec. adparet*].

LIBRI DE IVDAEIS FRAGMENTVM

1. *Min. Fel. Oct. 33, 4* Scripta eorum [*Iudaeorum*] relege uel si Romanis magis gaudes, ut transeamus ueteres, [Flaui Iosephi uel] Antonii Iuliani de Iudaeis require: iam 20 scies, nequitia sua hanc eos meruisse fortunam, nec quidquam accidisse quod non sit iis, si in contumacia perseuerarent, ante praedictum.

Q. ASCONIVS PEDIANVS

TESTIMONIVM DE HISTORIA

1. *Hieron. ad a. 2091 Abr. = 76. 829 p. 159 Sch.* Q. Asconius Pedianus scribtor historicus clarus habetur, qui LXXIIII 25 aetatis suae anno captus luminibus XII postea annis in summo omnium honore consenescit. (*A Suetonio in libro de historicis inter Fenestellam et Plinium maiorem recensebatur.*)

LIBRI DE VITA SALLVSTI CRISPI FRAGMENTVM

1. *Pseud.-Acr. ad Horat. sat. I 2, 41* Sallustius enim Crispus in Faustae filiae Sullae adulterio deprehensus ab Annio Milone flagellis caesus esse dicitur: quem Asconius Pedianus in uita eius significat.

C. PLINIVS SECVNDVS

TESTIMONIA DE HISTORIA

1. *Sueton. de uir. ill. (historicis) p. 92 sq. Rf.* Plinius Secun- 5 dus Nouocomensis [*natus a. 23. 776*] equestribus militiis industrie functus procurationes quoque splendidissimas et continuas summa integritate administrauit, et tamen liberalibus studiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in otio scripserit. itaque bella omnia, quae umquam 10 cum Germanis gesta sunt, XX uoluminibus comprehendit, item naturalis historiae XXXVII libros absoluit. periit clade Campaniae. [*a. 79. 832.*] (*Ex Suetonio confuse Hieron. ad an. 2126 Abr. = 111. 864 p. 165 Sch.*)

2. *Plin. ep. III 5* [*ad Baebium Macrum*] *1* Pergratum est 15 mihi quod tam diligenter libros auunculi mei lectitas, ut habere omnes uelis quaerasque, qui sint omnes. fungar indicis partibus atque etiam quo sint ordine scripti notum tibi faciam: est enim haec quoque studiosis non iniucunda cognitio. 'De iaculatione equestri unus' — 'De uita 20 Pomponi Secundi duo', a quo singulariter amatus hoc memoriae amici quasi debitum munus exsoluit. 'Bellorum Germaniae uiginti', quibus omnia quae cum Germanis gessimus bella collegit. inchoauit, cum in Germania militaret, somnio monitus: adstitit ei quiescenti Drusi Neronis 25 effigies, qui Germaniae latissime uictor ibi periit, commendabat memoriam suam orabatque, ut se ab iniuria obliuionis adsereret. 'Studiosi tres.' — 'Dubii sermonis octo:' scripsit sub Nerone nouissimis annis, cum omne studiorum genus paulo liberius et erectius periculosum seruitus fecisset. 30 'A fine Aufidi Bassi triginta unus.'—'Naturae historiarum triginta septem'.

3. *Plin. ep. V 8, 5* Auunculus meus idemque per adoptionem pater historias et quidem religiosissime scripsit. (*cf. III 5. VI 16.*)

4. *Symmach. ep. IIII 18* [*ad Protadium*] Priscas Gallorum memorias deferri in manus tuas postulas. — enitar, si 5 fors uotum iuuet, etiam Plinii Secundi Germanica bella conquirere.

DE VITA POMPONI SECVNDI FRAGMENTVM

1. *Plin. n. h. XIIII 56* Sed ceteris uinis commendandis minima aliqua mixtura medicamenta sunt. quod ut eius temporis aestimatione in singulas amphoras centeni 10 nummi statuantur, ex his tamen usura multiplicata semissibus, quae ciuilis ac modica est, in Gai Caesaris Germanici fili principatu, annis CLX singulas uncias uini eo constitisse nobili exemplo docuimus referentes uitam Pomponii Secundi uatis cenamque, quam principi illi dedit. 15

BELLORVM GERMANIAE LIBRORVM XX FRAGMENTA

2*. *Suet. Calig. 8* Vbi natus sit [*C. Caesar*], incertum diuersitas tradentium facit. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum scribit, Plinius Secundus in Treueris, uico Ambitaruo supra Confluentes. addit etiam pro argumento, aras ibi ostendi inscriptas: 'ob Agrippinae puerperium'. — 20 Gaetulicum refellit Plinius quasi mentitum per adulationem, ut ad laudes iuuenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret, abusumque audentius mendacio, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus et ipse C. Caesar. — Plinium arguit ratio 25 temporum. [12/665]

3. *Tacit. ann. I 69* Peruaserat interim circumuenti exercitus fama et infesto Germanorum agmine Gallias peti, ac ni Agrippina inpositum Rheno pontem solui prohibuisset, erant qui id flagitium formidine auderent. sed femina in- 30 gens animi munia ducis per eos dies induit militibusque, ut quis inops aut saucius, uestem et fomenta dilargita est. Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor, stetisse [15/768]

aput principium pontis laudes et gratis reuersis legionibus habentem.

A FINE AVFIDI BASSI LIBRORVM XXXI FRAGMENTA

4. *Plin. n. h. praef.* [*scr. a. 77. 830*] *20* Vos quidem omnes, patrem te [*Vespasianum*] fratremque diximus opere iusto, temporum nostrorum historiam orsi a fine Aufidii Bassi. 5 Vbi sit ea, quaeres: iam pridem peracta sancitur et alioqui statutum erat heredi mandare, ne quid ambitioni dedisse uita iudicaretur. proinde occupantibus locum faueo, ego uero et posteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut ipsi fecimus cum prioribus. 10

55/808 **5*.** *Tacit. ann. XIII 20* Prouecta nox erat et Neroni per uinolentiam trahebatur, cum ingreditur Paris — expositoque indicii [*criminum in Agrippinam coniectorum*] ordine ita audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere sed Burrum etiam demouere praefectura desti- 15 naret, tamquam Agrippinae gratia prouectum et uicem reddentem. — Plinius et Cluuius nihil dubitatum de fide praefecti referunt.

65/818 **6*.** *Tac. ann. XV 53* Ordinem insidiis [*in Neronem*] composuerant, ut Lateranus — prosterneret incautum pre- 20 meretque —; tum iacentem et impeditum tribuni et centuriones et ceterorum, ut quisque audentiae habuisset, adcurrerent trucidarentque —. interim Piso apud aedem Cereris opperiretur, unde eum praefectus Faenius et ceteri acciti ferrent in castra, comitante Antonia Claudii Caesaris filia 25 ad eliciendum uolgi fauorem, quod C. Plinius memorat. (Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamuis absurdum uideretur aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodauisse, aut Pisonem notum amore uxoris alii matrimonio se obstrinxisse, nisi si cupido 30 dominandi cunctis affectibus flagrantior est.)

7. *Plin. n. h. II 232* Amnes retro fluere et nostra uidit aetas Neronis principis supremis, sicut in rebus eius retulimus.

68/821 **8.** *Plin. n. h. II 199* Non minus mirum ostentum 35 et nostra cognouit aetas anno Neronis principis supremo,

sicut in rebus eius exposuimus, pratis oleisque intercedente publica uia in contrarias sedis transgressis in agro Marrucino, praediis Vecti Marcelli equitis Romani res Neronis procurantis.

9*. *Tacit. hist. III 27* Incesserat cunctatio [*cum Flauiani castra hostium Cremonae muris circumiecta adgrederentur*], ni duces fesso militi et uelut inritas cohortationes abnuenti Cremonam monstrassent. (*28*) Hormine id ingenium, ut Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreuerim, nisi quod neque Antonius neque Hormus a fama uitaque sua quamuis pessimo flagitio degenerauere. 69 822 10

(**10*.** *Malal. VII p. 177 sq. Dind.* Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ αὐτοῦ Ῥώμου ὁ στρατὸς αὐτοῦ ἐγένετο πολὺς ἐπείσακτος, καὶ πλῆθος ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῶν ἀγρίων ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἦσαν πρὸς τὰ πλήθη τῶν ἀνδρῶν γυναῖκες. — καὶ ἠθύμει ὁ Ῥῶμος, ἀμηχανῶν τί πράξει· — καὶ ἐξεφώνησε νόμον ὥστε λαμβάνειν τοὺς στρατιώτας πρὸς γάμον παρθένους, ἃς ἐκάλεσε Βρυτίδας· καὶ οὐδεὶς εἵλετο δοῦναι αὐτοῖς τὴν ἰδίαν θυγατέρα. — καὶ ἀθυμῶν ὁ Ῥῶμος ἀπῆλθεν εἰς τὸ μαντεῖον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ χρησμὸς ὥστε ἐπιτελέσαι ταῖς γυναιξὶ θέαν ἱππικοῦ, ἵνα ἀγάγηται ἑαυτῷ ὁ στρατὸς γυναῖκας. [— *sequitur narratio raptus.* —] τοῦτο δὲ πρὸς ἅπαξ ἐποίησεν ὁ Ῥῶμος γενέσθαι, καθὼς ὁ σοφώτατος Βεργίλλιος ἐξέθετο [*Aen. VIII 635 sq.*]· ὡσαύτως δὲ καὶ Πλίνιος ὁ Ῥωμαίων ἱστοριογράφος συνεγράψατο, ὁμοίως δὲ καὶ Λίβιος [*I 9*], ἕτεροι δὲ ἱστορικοὶ συνεγράψαντο πρῶτον ἱπποδρόμιον ἐπιτελέσαι αὐτοῖς τὸν Ῥῶμον εἰς βούρδωνας.) 15 20 25

M. CLVVIVS RVFVS

TESTIMONIA

1. *Ioseph. antiq. XVIIII 1, 13* [*a. 41. 794*] Συγκαθημένης δὴ τῆς πληθύος καὶ τοῦ Χαιρέου σὺν τοῖς χιλιάρχαις οὐκ ἄπωθεν τοῦ Γαΐου — Ουατίνιός τις τῶν συγκλητικῶν, ἀνὴρ 30

ἐστρατηγηκώς, ἤρετο Κλούουιον παρεζόμενον αὐτῷ, καὶ τοῦτον ὑπατικόν [*quo anno ante cons. fuerit, non constat, cf. Mommsen I. R. N. n. 2224*], *εἴ τις αὐτῷ νεωτέρων πραγμάτων ἀφίκοιτο πύστις. — τοῦ δὲ φαμένου μηδὲν πεπύσθαι, 'σήμερον τοιγαροῦν' ἔφη 'ὦ Κλούουιε, τυραννοκτονίας ἀγὼν πρόκειται'. καὶ ὁ Κλούουιος 'ὦ γενναῖε' φησι, 'σίγα, μή τις ἄλλος Ἀχαιῶν μῦθον ἀκούσῃ'. — Praecone eo usus est Nero, cum Romae apud populum cantaret, Suet. Ner. 21 ('Niobam se cantaturum per Cluuium Rufum consularem pronuntiauit'), Dio LXIII 14. Principio anni 69. 822 Hispaniae Tarraconensi praeerat (Tac. hist. I 8); hist. I 76* Idem [*milites in Othonem iurasse*] ex Hispania adlatum, laudatusque per edictum Cluuius Rufus, set statim cognitum est conuersam ad Vitellium Hispaniam. *II 58 sq. II 65* Digressum a Luguduno Vitellium M. Cluuius Rufus adsequitur omissa Hispania, laetitiam et gratulationem uultu ferens, animo anxius et petitum se criminationibus gnarus. Hilarius Caesaris libertus detulerat, tamquam audito Vitellii et Othonis principatu propriam ipse potestatem et possessionem Hispaniarum temptasset eoque diplomatibus nullum principem praescripsisset; *et* interpretabatur quaedam ex orationibus eius contumeliosa in Vitellium et pro se ipso popularia. auctoritas Cluuii praeualuit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet. Cluuius comitatui principis adiectus non adempta Hispania, quam rexit absens exemplo L. Arrunti. *III 65* Verba uocesque [*Flauii Sabini et Vitellii de foedere colloquentium*] duos testes habebant, Cluuium Rufum et Silium Italicum: uoltus procul uisentibus notabantur, Vitellii proiectus et degener, Sabinus non insultans et miseranti propior. *IIII 39* Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in senatu laudibus cumulatum secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans discessu Cluuii Rufi uacuam.

2. *Tacit. hist. I 8* Cluuius Rufus, uir facundus et pacis artibus, bellis inexpertus. *IIII 43* [*a. 70. 823*] Tanto cum adsensu senatus auditus est Montanus, ut spem caperet

Heluidius posse etiam Marcellum prosterni. igitur a laude Cluuii Rufi orsus, qui perinde diues et eloquentia clarus nulli umquam sub Nerone periculum facessisset, crimine simul exemploque Eprium urguebat ardentibus patrum animis. 5

3. *Plin. ep. VIIII 19, 5* Ipse sum testis, familiariter ab eo [*Verginio Rufo cos. 63. 816. 69. 822, qui mortuus a Tacito consule laudatus est*] dilectus probatusque, semel omnino me audiente prouectum, ut de rebus suis hoc unum referret, ita secum aliquando Cluuium locutum 'Scis, Vergini, quae historiae fides debeatur: proinde siquid in historiis meis legis aliter ac uelis, rogo ignoscas.' ad hoc ille: 'Tune ignoras, Cluui, ideo me fecisse quod feci, ut esset liberum nobis scribere quae libuisset?' 10

HISTORIARVM FRAGMENTA.

1*. *Tac. ann. XIII 20* Plinius [*fr. 5*] et Cluuius nihil dubitatum de fide praefecti [*Burri*] referunt. *uid. p. 310.* (*cf. Fab. Rust. fr. 1.*) 55/808

2*. *Tac. ann. XIIII 2* Tradit Cluuius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo usque prouectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per uinum et epulas incalesceret, offerret se saepius temulento comptam et incesto paratam. iamque lasciua oscula et praenuntias flagitii blanditias adnotantibus proximis Senecam contra muliebres inlecebras subsidium a femina petiuisse, inmissamque Acten libertam, quae simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret peruulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. — — Sed quae Cluuius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat. (*cf. Fab. Rust. fr. 2.*) 59/812 20 25

3*. *Plut. Oth. 3* Ὁ Καῖσαρ αὐτὸς [*Otho*] ἰδίας ἔχθρας οὐδενὶ τοπαράπαν ἐμνησικάκησε, τοῖς δὲ πολλοῖς χαριζόμενος οὐκ ἔφευγε τὸ πρῶτον ἐν τοῖς θεάτροις Νέρων προσαγορεύεσθαι, καί τινων εἰκόνας Νέρωνος εἰς τοὐμφανὲς προθεμένων οὐκ ἐκώλυσε. Κλούβιος δὲ Ροῦφος εἰς Ἰβηρίαν φησὶ κομισθῆναι διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γραμ- 69/822 35

ματηφόρους, τὸ τοῦ Νέρωνος θετὸν ὄνομα προσγεγραμμένον ἔχοντα τῷ τοῦ Ὄθωνος. (*uid. Tacit. hist. I 78. Suet. Oth. 7.*)

364/390 **4*.** *Plut. quaest. Rom. 107* Ἡ δι' ἣν αἰτίαν Κλούβιος Ῥοῦφος ἱστόρηκε; Φησὶ γὰρ ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς χρόνοις Γαΐου τε Σουλπικίου καὶ Λικινίου Στόλωνος ὑπατευόντων 5 λοιμώδη νόσον ἐν Ῥώμῃ γενομένην πάντας ὁμαλῶς διαφθεῖραι τοὺς ἐπὶ σκηνὴν προερχομένους· δεηθεῖσιν οὖν αὐτοῖς ἐκ Τυρρηνίας ἐλθεῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τεχνίτας, ὧν τὸν πρωτεύοντα δόξῃ καὶ χρόνῳ πλεῖστον ἐνευημεροῦντα τοῖς θεάτροις Ἴστρον ὀνομάζεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο πάντας 10 ἱστρίωνας ἀπ' ἐκείνου προσαγορεύεσθαι.

IVLIVS SECVNDVS

TESTIMONIA

1. *Plut. Oth. 9.* Τοῦτο μὲν διηγεῖτο Σεκοῦνδος ὁ ῥήτωρ, ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν γενόμενος τοῦ Ὄθωνος.

2. *Quintil. inst. X 1, 120* Iulio Secundo, si longior contigisset aetas, clarissimum profecto nomen oratoris apud posteros 15 foret: adiecisset enim atque adiciebat ceteris uirtutibus suis quod desiderari potest, id est autem, ut esset multo magis pugnax et saepius ad curam rerum ab elocutione respiceret. ceterum interceptus quoque magnum sibi uindicat locum: ea est facundia, tanta in explicando quod uelit gratia, tam 20 candidum et lene et speciosum dicendi genus, tanta uerborum etiam quae adsumpta sunt proprietas, tanta in quibusdam ex periculo petitis significantia. *3, 12* Iulium Secundum illum, aequalem meum atque a me, ut notum est, familiariter amatum, mirae facundiae uirum, infinitae 25 tamen curae. *XII 10, 11* elegantiam Secundi.

3. *Tacit. dial. 2* Venerunt ad eum M. Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri, — quamuis maligne plerique opinarentur nec Secundo promptum esse sermonem et Aprum ingenio potius et ui naturae quam 30 institutione et litteris famam eloquentiae consecutum. nam

et Secundo purus et pressus et, in quantum satis erat, profluens sermo non defuit et q. s.

4. *Tacit. dial. 14* Itaque hercle non minus probari uideo in te, Secunde, quod Iulii Africani uitam componendo spem hominibus fecisti plurium eiusmodi librorum quam 5 in Apro et q. s.

VIPSTANVS MESSALLA

TESTIMONIA

1. *Tac. hist. III 9* Interim [*cum Antonius et Caecina ad Veronam castra opposita haberent ad Flauianos*] Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana aduenit. legioni tribunus Vipstanus Messalla praeerat, claris maioribus, egre- 10 gius ipse et qui solus ad id bellum artes bonas attulisset. *c. 11. IIII 42* Magnam eo die [*69. 822*] pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messalla adeptus est, nondum senatoria aetate, ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. et q. s.

2. *Interfuit dialogo de claris oratoribus, antiquae eloquen-* 15 *tiae admirator* (*cf. c. 15* Tum Aper: Non desinis, Messalla, uetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque contemnere? *et q. s. 32* quod mihi [*ipse loquitur*] in consuetudine est, satis multos offendi); *iuri et philosophiae deditus* (*c. 32*). 20

HISTORIAE FRAGMENTA

1*. *Tac. hist. III 25* Eo notabilior caedes fuit [*apud* 69/822 *Cremonam Vitellianorum*], quia filius patrem interfecit. rem nominaque auctore Vipstano Messalla tradam. Iulius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus, inpubem filium domi liquerat. is mox adultus, inter septimanos a 25 Galba conscriptus, oblatum forte patrem et uolnere stratum dum semianimem scrutatur, agnitus agnoscensque et exsanguem amplexus, uoce flebili precabatur piatos patris manes neue se ut parricidam auersarentur: publicum id facinus, et unum militem quotam ciuilium armorum par- 30 tem? simul attollere corpus, aperire humum, supremo

ergo parentem officio fungi. aduertere proximi, deinde plures: hinc per omnem aciem miraculum et questus et saeuissimi belli exsecratio. nec eo segnius propinquos adfinis patres trucidant spoliant: factum esse scelus loquuntur faciuntque. 5

69/822 **2*.** *Tac. hist. III 28* Hormine id ingenium, ut Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius [*fr. 9*], qui Antonium incusat, non facile discreuerim. *uid. p. 311.*

FABIVS RVSTICVS

TESTIMONIA

1. *Anno 108. 861 uel 109. 862 cum (Plinio) Secundo et Cornelio (Tacito) heres institutus a Dasumio (C. I. L. VI 2,* 10 *n. 10229, p. 1350); ad eundem uidetur scripta esse a Plinio epist. VIIII 29 ('C. Plinius Rustico suo'); praeterea sunt, qui eum dictum esse suspicentur a Quintiliano X 1, 104, cum in historicis Romanis recensendis haec scribit (a. 90. 843 proximisue)*: Superest adhuc et 15 ornat aetatis nostrae gloriam uir saeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intellegitur.

2. *Tacit. Agr. 10* Liuius ueterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores (*fr. 4.*)

3. *Tacit. ann. XIII 20* Sane Fabius inclinat ad laudes Sene- 20 cae, cuius amicitia floruit. (*de fr. 1.*)

HISTORIAE FRAGMENTA

55/808 **1*.** *Tacit. ann. XIII 20* Prouecta nox erat et Neroni per uinolentiam trahebatur, cum ingreditur Paris — expositoque indicii [*criminum in Agrippinam coniectorum*] ordine ita audientem exterret, ut non tantum matrem 25 Plautumque interficere sed Burrum etiam demouere praefectura destinaret, tamquam Agrippinae gratia prouectum et uicem reddentem. Fabius Rusticus auctor est scriptos esse ad Caecinam Tuscum codicillos mandata ei praetoriarum cohortium cura sed ope Senecae dignationem Burro 30 retentam. (*cf. Plin. fr. 5. Cluu. fr. 1.*)

2*. *Tacit. ann. XIIII 2* Fabius Rusticus non Agrippinae sed Neroni cupitum id [*matris et filii incestum*] memorat eiusdemque libertae [*Actae*] astu disiectum. (*cf. Cluu. fr. 2.*) 59/812

3*. *Tacit. ann. XV 60* Ipsi [*Annaeo Senecae Gaius Siluanus, tribunus praetoriae cohortis*] cum Pompeia Paulina uxore et amicis duobus epulanti mandata imperatoris edidit [*de indicio Natalis coniurationeque Pisonis*]. (*61*) — Vbi haec [*Senecae responsum Neroni*] a tribuno relata sunt Poppaea et Tigellino coram, — interrogat, an Seneca uoluntariam mortem pararet. tum tribunus nulla pauoris signa, nihil triste in uerbis eius aut uultu deprehensum confirmauit. ergo regredi et indicere mortem iubetur. Tradit Fabius Rusticus non eo quo uenerat itinere reditum sed flexisse ad Faenium praefectum et expositis Caesaris iussis, an obtemperaret, interrogauisse monitumque ab eo, ut exsequeretur, fatali omnium ignauia. nam et Siluanus inter coniuratos erat augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat. 65/818 10 15

4*. *Tacit. Agr. 10* Formam totius Britanniae Liuius ueterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores, oblongae scutulae uel bipenni assimulauere. 20

ATTICVS

TESTIMONIA

1. *Martial. II* [*edit. a. 86. 839*] *7, 1* Declamas belle, causas agis, Attice, belle, historias bellas, carmina bella facis, — — uis dicam quid sis, magnus es ardalio. *cf. VII* [*edit. a. 92. 845*] *32, 1* Attice, facundae renouas qui nomina gentis nec sinis ingentem conticuisse domum et q. s. *VIIII 99.* 25

C. VIBIVS MAXIMVS

TESTIMONIA

1. *A. 93. 846 cohorti tertiae Alpinorum in Delmatia praeerat, C. I. L. III p. 859, a. 104. 857 praefectus Aegypti, C. I. L. III p. 11 n. 38.*

2. *Stat. silu. IIII 7 [edit. a. 95. 848 ad Vibium Maximum] 45* Tu tuos paruo memorabis enses, quos ad eoum tuleris Orontem signa frenatae moderatus alae Castore dextro; ille ut inuicti rapidum secutus Caesaris fulmen refugis amaram Sarmatis legem dederit, sub uno uiuere caelo. Sed tuas 5 artes puer ante discat, omne quis mundi senium remensus orsa Sallusti breuis et Timaui reddis alumnum. *cf. prooem. ad libr. IIII* Maximum Vibium et dignitatis et eloquentiae nomine a nobis diligi satis eram testatus epistola, quam ad illum de editione Thebaidis meae publicaui; sed nunc 10 quoque eum reuerti maturius ex Dalmatia rogo. *Martial. XI [edit. a. 96. 849] 106* Vibi Maxime, si uacas auere, hoc tantum lege: namque et occupatus et non es nimium laboriosus. transis hos quoque quattuor? sapisti. (*Fortasse Catulli admirator 'Maximus' ap. Martial. I 7.*) 15

IVNIVS RVSTICVS ARVLENVS

TESTIMONIA

1. *Tac. ann. XVI 26* Aderat consilio [*amicorum Thraseae Paeti de accusatione a. 66. 819*] Rusticus Arulenus, flagrans iuuenis, et cupidine laudis offerebat se intercessurum senatus consulto: nam plebi tribunus erat. cohibuit spiritus eius Thrasea. *A. 69. 822 praetor a senatu ad* 20 *Petilii Cerialis exercitum missus, ut 'praetexto rei p. concordiam pacemque suaderet', a militibus uulneratus (hist. III 80).*

2. *Tac. Agric. 2* Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Heluidius laudati essent, 25 capitale fuisse [*a. 94. 847*], neque in ipsos modo auctores sed in libros quoque eorum saeuitum delegato triumuiris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. *cf. fr. 1.*

3. *Orell. inscr. I n. 1190 p. 261* L. Iunii Rustici philosophi 30 stoici L. Iunius L. L. Myrrinus p(atrono) p(osuit). *Plin. ep. I 5, 2* Rustici Aruleni periculum fouerat [*M. Aquilius Regulus*], exultauerat morte, adeo ut librum recitaret pu-

blicaretque, in quo Rusticum insectatur atque etiam stoicorum simiam appellat; adicit Vitelliana cicatrice stigmosum. *cf. III 11, 3. V 1, 8.*

FRAGMENTVM

1. *Suet. Dom. 10* Interemit [*Domitianus*] — Iunium Rusticum, quod Paeti Thraseae et Heluidi Prisci laudes 5 edidisset appellassetque eos sanctissimos uiros. = *Cass. Dion. LXVII 13, 2* Τὸν γὰρ δὴ Ῥούστικον τὸν Ἀρουλῆνον ἀπέκτεινεν, ὅτι ἐφιλοσόφει καὶ ὅτι τὸν Θρασέαν ἱερὸν ὠνόμαζε.

HERENNIVS SENECIO

TESTIMONIA

1. *In Baetica natus ibique quaestor, Plin. ep. VII 33, 5; orator Romae Plin. l. s., IIII 11, 12. cf. infr. Dion. l. s.* 10

2. *Plin. ep. VII 19, 5* Nam cum Senecio reus esset [*a. 94. 847*], quod de uita Heluidi libros composuisset, rogatumque se a Fannia [*filia P. Thraseae Paeti et Arriae minoris, uxore Heluidi Prisci*] in defensione dixisset quaerente minaciter Mettio Caro, an rogasset, respondit 'rogaui', 15 an commentarios scripturo dedisset, 'dedi', an sciente matre, 'nesciente'; postremo nullam uocem cedentem periculo emisit. quin etiam illos ipsos libros, quamquam ex necessitate et metu temporum abolitos senatus consulto, publicatis bonis seruauit, habuit tulitque in exilium exilii causam. 20 *cf. I 5, 3. III 11, 3. Tac. Agric. 2 (supra p. 318). 45. Cass. Dion. 67, 13, 2* Ἀπέκτεινεν [*Domitianus*] — καὶ Ἑρέννιον Σενεκίωνα, ὅτι τε οὐδεμίαν ἀρχὴν ἐν πολλῷ βίῳ μετὰ τὴν ταμιείαν ᾐτήκει καὶ ὅτι τοῦ Πρίσκου τοῦ Ἑλουιδίου τὸν βίον συνέγραψεν. *cf. supra Iun. Rust. fr. 1.* 25

C. FANNIVS

TESTIMONIVM

1. *Plin. ep. V 5, 1 [scr. a. 105. 858 uel 106. 859]* Nuntiatum mihi est C. Fannium decessisse, qui nuntius me graui dolore confudit, primum quod amaui hominem elegantem disertum, deinde quod iudicio eius uti solebam. erat enim acutus natura, usu exercitatus, ueritate promptissimus. — 5 sed hoc utcumque tolerabile, grauius illud, quod pulcherrimum opus imperfectum reliquit. quamuis enim agendis causis distringeretur, scribebat tamen exitus occisorum aut relegatorum a Nerone et iam tres libros absoluerat, subtiles et diligentes et latinos atque inter sermonem histo- 10 riamque medios, ac tanto magis reliquos perficere cupiebat, quanto frequentius hi lectitabantur. — Gaius quidem Fannius quod accidit, multo ante praesensit. uisus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium (ita solebat): 15 mox imaginatus est uenisse Neronem, in toro resedisse, prompsisse primum librum, quem de sceleribus eius ediderat, eumque ad extremum reuoluisse, idem in secundo ac tertio fecisse, tum abisse. expauit et sic interpretatus est, tamquam idem sibi futurus esset scribendi finis, qui 20 fuisset illi legendi, et fuit idem.

CN. OCTAVIVS TITINIVS CAPITO

TESTIMONIA

1. *Ab epistulis Domitiano, Neruae, Traiano, uid. cursum honorum in tit. Orell. 801, Mommsen in ind. Plin. p. 427.*
2. *Plin. VIII 12 [scr. a. 108. 861 uel inseq.]* Recitaturus est Titinius Capito, quem ego audire nescio magis debeam an 25 cupiam. uir est optimus et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus: colit studia, studiosos amat, fouet, prouehit, — ipsarum denique litterarum iam senescentium reductor ac reformator. — sollicitarer tamen uel ingenio

hominis pulcherrimo et maximo et in summa seueritate dulcissimo uel honestate materiae. scribit exitus inlustrium uirorum, in his quorundam mihi carissimorum. uideor ergo fungi pio munere quorumque exequias celebrare non licuit, horum quasi funebribus laudationibus, seris quidem sed 5 tanto magis ueris interesse. *Ad eundem Plinius ep. V 8 scripsit, quod ut historiam scriberet, suaserat.*

CLAVDIVS POLLIO

TESTIMONIVM

1. *Plin. ep. VII 31* [*scr. a. 107. 860 ad C. Iulium Cornutum*] Claudius Pollio amari a te cupit —; praeerat alae miliariae —, postea promotus ad amplissimas procurationes, — a Corellio 10 nostro ex liberalitate imperatoris Neruae emendis diuidendisque agris adiutor adsumptus. — idem quam reuerenter, quam fideliter amicos colat, multorum supremis iudiciis, in his Anni Bassi, grauissimi ciuis, credere potes, cuius memoriam tam grata praedicatione prorogat et extendit, ut librum 15 de uita eius (nam studia quoque sicut alias bonas artes ueneratur) ediderit.

POMPEIVS PLANTA

TESTIMONIA

1. *Traian. ad Plin. 7* [*a. 98. 851*] Tu ex quo nomo sit, notum mihi facere debebis, ut epistulam tibi ad Pompeium Plantam, praefectum Aegypti, amicum meum, mittam. (*cf. Plin.* 20 *paneg. 10.*) *Plin. ep. VIIII 1, 1* [*ad Maximum*]. Saepe te monui, ut libros, quos uel pro te uel in Plantam, immo et pro te et in illum (ita enim materia cogebat) composuisti, quam maturissime emitteres; quod nunc praecipue morte eius audita et hortor et moneo. quamuis enim legeris 25 multis legendosque dederis, nolo tamen quemquam opinari defuncto demum inchoatos, quos incolumi eo peregisti. salua sit tibi constantiae fama. erit autem, si notum aequis iniquisque fuerit non post inimici mortem scribendi tibi

natam esse fiduciam sed iam paratam editionem morte praeuentam.

2. *uid. fr. 1.*

FRAGMENTVM

69/822 1. *Schol. in Iuuen. II 99 p. 192 Iahn.* Quod bellum [*anni 69. 822*] descripsit Cornelius Tacitus, post Cornelium 5 uero, ut Probus inquit, Pompeius Planta, qui ait Bebriacum uicum distare a Cremona uiginti milia passuum.

C.PLINIVS L.F.OVF.CAECILIVS SECVNDVS

TESTIMONIA DE HISTORIA

1. *Natus a. 61. 814 uel inseq., cos. 100. 853, mortuus f. 114. 867. uid. qui ad eum pertinent titulos C. I. L. V n. 5262. 5263. 5264. 5279. 5667.* 10

2. *Plin. ep. III 10* [*ad Vestricii Cottii amici intra iuuentutem a. f. 97. 850 mortui parentes, Spurinnam et Cottiam*] Composuisse me quaedam de filio uestro non dixi uobis, cum proxime apud uos fui. — nunc quoque paulisper haesitaui, id solum quod recitaui mitterem exigentibus uobis, an 15 adicerem quae in aliud uolumen cogito reseruare. — uerum haesitanti mihi, omnia quae iam composui uobis exhiberem, an adhuc aliqua differrem, simplicius et amicius uisum est omnia, praecipue cum adfirmetis intra uos futura, donec placeat emittere. — *Cf. de honore statuae Cottio positae II 7.* 20

3. *Ep. V 8* [*ad Titinium Capitonem, a. 105. 858 uel inseq.*], *1* Suades ut historiam scribam et suades non solus: multi hoc me saepe monuerunt, et ego uolo, non quia commode facturum esse confidam — sed quia mihi pulchrum in primis uidetur non pati occidere, quibus aeternitas debeatur 25 aliorumque famam cum sua extendere. — cur ergo cunctor? egi magnas et graues causas: has, etiamsi mihi tenuis ex iis spes, destino retractare. — tu tamen iam nunc cogita, quae potissimum tempora aggrediar. — uetera et scripta aliis? parata inquisitio sed onerosa collatio. intacta et noua? 30 graues offensae, leuis gratia.

POMPEIVS SATVRNINVS

TESTIMONIVM

1. *Plin. ep. I 16, 4* Idem [*Pompeius*] tamen in historia magis satis faciet [*quam in orationibus*] uel breuitate uel luce uel suauitate uel splendore etiam et sublimitate narrandi. nam in contionibus idem qui in orationibus est, pressior tamen et circumscriptior et adductior. *cf. V 21, 1.* (*Ad* 5 *eum Plin. scripsit epistulas I 8. V 21. VII 7; 15. VIIII 38.*)

SARDVS

TESTIMONIVM

1. *Plin. VIIII 31* [*ad Sardum*] Postquam a te recessi, non minus tecum, quam cum apud te fui. legi enim librum tuum, identidem repetens ea maxime (non enim mentiar), quae de me scripsisti, in quibus quidem percopiosus fuisti. 10 quam multa, quam uaria, quam non eadem de eodem nec tamen diuersa dixisti! et q. s.

M. VLPIVS TRAIANVS

(natus a. 53. 806, imperator 98. 951 — 117. 870)

DE EIVS ERVDITIONE TESTIMONIA

1. *Cass. Dio 68, 7* *Παιδείας ἀκριβοῦς, ὅση ἐν λόγοις, οὐ μετέσχε, τό γε μὴν ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ ἐποίει.*
2. *Iulian. Caes. p. 327*[A] *Δίδοται μετὰ τοῦτον τῷ Τραϊανῷ τοῦ* 15 *λέγειν ἐξουσία· ὁ δὲ, καίπερ δυνάμενος λέγειν, ὑπὸ ῥαθυμίας (ἐπιτρέπειν γὰρ εἰώθει τὰ πολλὰ τῷ Σούρᾳ γράφειν ὑπὲρ αὐτοῦ) φθεγγόμενος μᾶλλον ἢ λέγων ἐπεδείκνυεν αὐτοῖς τό τε Γετικὸν καὶ τὸ Παρθικὸν τρόπαιον.*
3. *Aurel. Vict. ep. 13, 8* Magis simpliciora ingenia aut eru- 20 ditissimos, quamuis ipse parcae esset sententiae moderateque eloquens, diligebat.

DACICORVM FRAGMENTVM

101/854 **1.** *Prisc. VI p. 205 H.* Traianus in I Dacicorum: Inde Berzobim, deinde Aizi processimus.

T. AELIVS HADRIANVS

(natus a. 76. 829, imperator a. 117. 870 — 138. 891.)

TESTIMONIA LIBRI DE VITA SVA

1. *Cass. Dion. LXVIIII 3* Ἦν Ἁδριανὸς — φύσει φιλόλογος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ καί τινα καὶ πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ καταλέλοιπεν. (*Ex Dione Suid. s. u.* 5 *1 p. 110 Bhdy.*)

2. *Spart. Hadr. 16, 1* Famae celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros uitae suae scriptos a se libertis suis litteratis dederit, iubens, ut eos suis nominibus publicarent. nam et Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur. (*cf. Vopisc.* 10 *Saturn. 8.*)

3. *Spart. Seu. 1, 6* Cum Romam uenisset, hospitem nanctus qui Hadriani uitam imperatoriam eadem hora legeret, quod sibi omen futurae felicitatis arripuit.

FRAGMENTA LIBRORVM DE VITA SVA

1. *Spart. Hadr. 1, 1* Origo imperatoris Hadriani uetu- 15 stior a Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat, si quidem Hadria ortos maiores suos apud Italicam Scipionum temporibus resedisse in libris uitae suae Hadrianus ipse commemorat.

101/854 **2*.** *Spart. Hadr. 3, 2* Post quaesturam [*Hadrianus*] 20 acta senatus curauit atque ad bellum Dacicum Traianum familiarius prosecutus est: quando quidem et indulsisse uino se dicit Traiani moribus obsequentem atque ob hoc se a Traiano locupletissime muneratum.

105/858 **3*.** *Spart. Hadr. 3, 4* Tribunus plebis factus est 25 [*Hadrianus*] Candido et Quadrato iterum conss., in quo

magistratu ad perpetuam tribuniciam potestatem omen sibi factum adserit, quod paenulas amiserit, quibus uti tribuni plebis pluuiae tempore solebant, imperatores autem numquam.

4. *Spart. Hadr. 7, 1* Nigrini insidias, quas ille sacrificanti Hadriano conscio sibi Lusio et multis aliis parauerat, cum etiam successorem Hadrianus sibimet destinasset, euasit. quare Palma Tarracenis, Celsus Bais, Nigrinus Fauentiae, Lusius in itinere senatu iubente, inuito Hadriano, ut ipse in uita sua dicit, occisi sunt. (118 / 871) 10

5*. *Cass. Dion. LXVIIII 11* *Ὁ γὰρ Ἀντίνοος ἦν μὲν ἐκ Βιθυνίου, πόλεως Βιθυνίδος, ἣν καὶ Κλαυδιούπολιν καλοῦμεν, παιδικὰ δὲ αὐτοῦ ἐγεγόνει καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐτελεύτησεν, εἴτ' οὖν εἰς τὸν Νεῖλον ἐκπεσών, ὡς Ἁδριανὸς γράφει, εἴτε καὶ ἱερουργηθείς, ὡς ἡ ἀλήθεια ἔχει.* (*cf. Spart. Hadr. 14, 5.*) (130 / 883) 15

6*. *Cass. Dion. LXVI 17* *Οὐεσπασιανὸς δέ, ὡς μὲν ἡ ἀλήθεια ἔχει, νοσήσας οὐ τῇ ποδάγρᾳ τῇ συνήθει ἀλλὰ πυρετοῖς μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις ὠνομασμένοις, ὡς δέ τινες καταψευδόμενοι τοῦ Τίτου, ἄλλοι τε καὶ ὁ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἐφήμισαν, φάρμακον ἐν συμποσίῳ τινὶ λαβών.* (79 / 832) 20

LIBER III.

FRAGMENTA
HISTORIAE SENESCENTIS

L. SEPTIMIVS SEVERVS

(natus a. 146. 899, imperator 193. 946—211. 964.)

TESTIMONIA LIBRORVM DE VITA SVA

1. *Spart. Seu. 18, 5* Philosophiae ac dicendi studiis satis deditus, doctrinae quoque nimis cupidus —. Vitam suam priuatam publicamque ipse composuit ad fidem, solum tamen uitium crudelitatis excusans. *cf. 3, 2* Vxorem tunc Marciam duxit, de qua tacuit in historia uitae priuatae. 5 *Aur. Vict. Caes. 20, 22* Idem abs se gesta ornatu et fide paribus composuit.

2. *Cass. Dion. LXXV 7 Λέγω γὰρ οὐχ ὅσα ὁ Σεουῆρος ἔγραψεν* [*de Albini morte*] *ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. cf. fr. 3. 5. 6.* 10

FRAGMENTA LIBRORVM DE VITA SVA

1. *Herod. II 9, 3 Ἀνεπεῖθε δὲ αὐτὸν* [*Seuerum*] *ὀνείρατα τοιαύτην τινὰ ἐλπίδα ὑποσημαίνοντα, χρησμοί τε καὶ ὅσα εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων σύμβολα φαίνεται, ἅπερ πάντα ἀψευδῆ καὶ ἀληθῆ τότε πιστεύεται, ὅταν εἰς τὴν ἀπόβασιν εὐτυχηθῇ. τὰ μὲν οὖν πολλὰ ἱστόρησεν αὐτός τε συγγράψας* 15 *ἐν τῷ καθ' αὐτὸν βίῳ καὶ δημοσίαις ἀνέθηκεν εἰκόσι· τὸ δ' οὖν τελευταῖον καὶ μέγιστον, ὅπερ αὐτῷ καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ὑπέφαινεν ὄναρ, οὐδ' ἡμῖν παραλειπτέον· κατὰ γὰρ τὸν καιρόν, ὃν ἀπηγγέλη Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, μετὰ τὸ προελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεουῆρος καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς* 20 *Περτίνακος βασιλείας ὅρκον ἀφοσιώσασθαι ἐπανελθὼν ἐς τὴν οἰκίαν ἑσπέρας καταλαβούσης ἐς ὕπνον κατηνέχθη, μέγαν δὲ καὶ γενναῖον ἵππον βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμημένον φήθη βλέπειν, φέροντα τὸν Περτίνακα ἐποχούμενον διὰ μέσης τῆς ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν τῆς ἀγο-* 25

198/946

ρᾶς ἀρχὴν ἐγένετο, ἔνθα ἐπὶ τῆς δημοκρατίας πρότερον ὁ δῆμος συνιὼν ἐκκλησίαζεν, ᾠήθη τὸν ἵππον ἀποσείσασθαι μὲν τὸν Περτίνακα καὶ ῥῖψαι, αὐτῷ δὲ ἄλλως ἑστῶτι ὑποδῦναί τε αὐτὸν καὶ ἀράμενον ἐπὶ τοῖς νώτοις φέρειν τε ἀσφαλῶς καὶ στῆναι βεβαίως ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης, ἐς ὕψος 5 ἄραντα τὸν Σεουῆρον ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι. (*cf. Dio LXXIV 3.*)

2. *Spart. Pesc. 4, 7* In uita sua Seuerus dicit se, priusquam filii sui id aetatis haberent, ut imperare possent, aegrotantem id in animo habuisse, ut, si quid forte 10 sibi accidisset, Niger Pescennius eodem et Clodius Albinus succederent, qui ambo Seuero grauissimi hostes extiterunt. (*cf. Mar. Max. fr. 21.*)

3*. *Spart. Pesc. 5, 1* Si Seuero credimus, fuit gloriae cupidus Niger, uita fictus, moribus turpis, aetatis prouec- 15 tae, cum in imperium inuasit (ex quo cupiditates eius incusat).

4. *Capit. Clod. Alb. 7, 1* Ad imperium uenit [*Clodius Albinus*] natu iam grandior et maior Pescennio Nigro, ut Seuerus ipse in uita sua loquitur. 20

5*. *Capit. Clod. Alb. 10, 1* Et Seuerus quidem ipse haec de eodem [*Clodio Albino*] loquitur, ut eum dicat turpem, malitiosum, inprobum, inhonestum, cupidum, luxuriosum. Sed haec belli tempore uel post bellum, quando ei iam uelut de hoste credi non poterat. 25

6*. *Capit. Clod. Alb. 11, 4* Vini sane parcum fuisse dicit [*Clodium Cordus fr. 3*], quod Seuerus negat, qui eum adserit ebrium etiam in bello fuisse. Cum suis etiam numquam conuenit uel propter uinolentiam, ut dicit Seuerus, uel propter morum acrimoniam. 30

HELIVS MAVRVS

FRAGMENTVM

211/964 1. *Spart. Seu. 20, 1* Legisse me apud Helium Maurum Phlegontis Hadriani libertum memini, Septimium Seue-

rum 'inmoderatissime, cum moreretur, laetatum, quod duos Antoninos pari imperio rei p. relinqueret exemplo Pii, qui Verum et Marcum Antoninos per adoptionem rei p. reliquit, hoc melius, quod ille filios per adoptionem, hic per se genitos rectores Romanae rei p. daret, Antoninum scilicet Bas- 5 sianum, quem ex priore matrimonio susceperat, et Getam, *quem* de Iulia genuerat.

LOLLIVS VRBICVS

HISTORIAE SVI TEMPORIS FRAGMENTVM

1. *Lamprid. Diad. 9, 1* Extat alia epistula ad matrem 218/971 ab eodem [*Diadumeno*] destinata talis: 'Dominus noster et Augustus nec te amat nec ipsum se, qui inimicos suos 10 seruat. age igitur, ut Arabianus et Tuscus et Gellius ad palum deligentur, ne, si occassio fuerit, non praetermittant.' Et, quantum Lollius Vrbicus in historia sui temporis dicit, istae litterae per notarium proditae illi puero multum apud milites obfuisse dicuntur. nam, cum patrem 15 occidissent, quidam hunc seruare uoluerunt, sed extitit cubicularius, qui has epistulas contioni militum legit.

MARIVS MAXIMVS

TESTIMONIA DE VITIS IMPERATORVM

1. *Citantur uitae Traiani* (*Lampr. Alex. Seu. 48, 6* Scio uulgum hanc rem quam contexui Traiani putare, sed neque in uita eius id Marius Maximus ita exposuit neque et q. s.), 20 *Hadriani* (*fr. 8*), *Marci* (*fr. 13*), *secundus liber de uita Marci Antonini* (*fr. 11. 12*), *uita Pertinacis* (*fr. 18*), *Septimii Seueri* (*fr. 19. 20*), *Heliogabali* (*fr. 26*).

2. *Vopisc. Firm. 1, 1* Minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse aut breuiter praeterisse. nam et Suetonius Tran- 25 quillus, emendatissimus et candidissimus scriptor, Antonium Vindicemque tacuit, contentus eo quod eos cursim perstrinxerat, et Marius Maximus Auidium Marci temporibus, Albinum et Nigrum Seueri non suis propriis libris sed alienis innexuit. *cf. fr. 19.* 30

3. *Vopisc. Prob. 2, 7* Et mihi quidem id animi fuit, ut non Sallustios, Liuios, Tacitos, Trogos atque omnes disertissimos imitarer uiros in uita principum et temporibus disserendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem ceterosque, qui 5 haec et talia non tam diserte quam uere memoriae tradiderunt.

4. *Capit. Clod. 12, 14* Quae [*seueritatem Seueri in uindicanda factione uel Pescenniana uel Clodiana*] qui diligentius scire uelit, legat Marium Maximum de Latinis scripto- 10 ribus, de Graecis scriptoribus Herodianum, qui ad fidem pleraque dixerunt. *Vop. Firm. 1, 2* Quid Marius Maximus, homo omnium uerbosissimus, qui et mythistoricis se uoluminibus inplicauit, num ad istam descriptionem curamque [*minusculorum tyrannorum*] descendit? *cf. fr. 12. 15.* 15 *17. 18.*

5. *Ammian. Marc. XXVIII 4, 14* [*scr. inter a. 389. 1142—391. 1144*] Quidam detestantes ut uenena doctrinas, Iuuenalem et Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla uolumina praeter haec in profundo otio contrectantes, 20 quam ob causam non iudicioli est nostri. *Lampr. Alex. 65, 4* Notum est illud pietati tuae [*i. e. Constantino*], quod in Mario Maximo legisti (*fr. 2*).

FRAGMENTA VITARVM

1*. EX V. NERVAE *Schol. in Iuuen. IIII 53 p. 221 Iahn.* Palfurius Sura, consularis filius, sub Nerone lucta- 25 tus est. ⌈post inde a Vespasiano senatu motus transiuit ad stoicam sectam, in qua cum praeualeret et eloquentia et artis poeticae gloria, abusus familiaritate Domitiani acerbissime partes delationis exercuit. quo interfecto senatu accusante damnatus *est*, cum fuissent inter delatores po- 30 tentes apud Domitianum hi, Armillatus, Demosthenes et Latinus archimimus, sicut Marius Maximus scribit.

2*. EX VITA TRAIANI *Lampr. Alex. 65, 4* Notum est illud pietati tuae, quod in Mario Maximo legisti, meliorem esse rem p. et prope tutiorem, in qua princeps 35

malus est, ea in qua sunt amici principis mali, si quidem unus malus potest a plurimis bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab uno quamuis bono ulla ratione superari.' et id quidem ab Homullo ipsi Traiano dictum est, cum ille diceret, Domitianum pessimum fuisse, amicos 5 autem bonos habuisse, atque ideo Claudium magis odio fuisse † quae rem p. temporis uitae ille, quia melius est unum malum pati quam multa.

3*. EX VITA HADRIANI *Spart. Hadr. 2, 10* Denique [*Hadrianus*] speciatim suffragante Sura ad amicitiam 10 Traiani pleniorem rediit, nepte per sororem Traiani uxore accepta, fauente Plotina, Traiano leuiter, ut Marius Maximus dicit, uolente.

4*. EX VITA HADRIANI *Spart. Hadr. 12, 3* Post haec [*Hadrianus*] Hispanias petit et Tarracone hiemauit, ubi sumptu suo aedem Augusti restituit. omnibus Hispanis Tarraconem in conuentum uocatis dilectumque ilocalariter, ut uerba ipsa ponit Marius Maximus, rectractantibus Italicis, uehementissime ceteris prudenter *et* caute consuluit. 121/874 uel 122/875

5*. EX VITA HADRIANI *Spart. Hadr. 25, 3* Venit et de Pannonia quidam uetus caecus ad febrientem Hadrianum eumque contingit. quo facto et ipse oculos recepit, et Hadrianum febris reliquit. quamuis Marius Maximus haec per simulationem facta conmemoret. 138/891

6*. EX VITA HADRIANI *Spart. Hadr. 20, 3* Marius 25 Maximus dicit eum [*Hadrianum*] natura crudelem fuisse et idcirco multa pie fecisse, quod timeret, ne sibi idem, quod Domitiano accidit, eueniret. (*cf. 23 7.*)

7*. EX VITA HADRIANI *Spart. Hel. 3, 9* Fuisse enim Hadrianum peritum matheseos Marius Maximus usque 30 adeo demonstrat, ut eum dicat cuncta de se scisse, sic ut omnium dierum usque ad horam mortis futuros actus ante perscripserit. *cf. Hadr. 16, 7* Mathesin sic scire sibi uisus est, ut sero kalendis Ianuariis scripserit, quid ei toto anno posset euenire, ita ut eo anno, quo perit, us- 35 que ad illam horam, qua est mortuus, scripserit, quid acturus esset.

8. EX VITA HADRIANI *Spart. Hel. 5, 4* Nam tetrafarmacum, seu potius pentafarmacum, quo postea semper Hadrianus est usus, ipse [*Helius*] dicitur repperisse, hoc est sumen, fasianum, pauonem, pernam crustulatam et aprunam. de quo genere cibi aliter refert Marius Maximus, non pentafarmacum sed tetrafarmacum appellans, ut et nos ipsi in eius uita persecuti sumus. (*i. e. Hadr. c. 21, 4* Inter cibos nunc amauit tetrafarmacum, quod erat de fasiano, sumine, perna et crustulo.) = *Lampr. Alex. 30, 6* Vsusque est [*Seuerus Alexander*] Hadriani tetrafarmaco frequenter, de quo in libris suis Marius Maximus loquitur, cum Hadriani disserit uitam.

9*. EX VITA ANTONINI PII *Capit. Anton. Pius 11, 3* Orationes plerique alienas dixerunt, quae sub eius [*Antonini Pii*] nomine feruntur; Marius Maximus eius proprias fuisse dicit.

10*. EX VITA M. ANTONINI PHILOSOPHI *Capit. Anton. phil. 1, 6* Cuius [*Marci*] familia in originem recurrens a Numa probatur sanguinem trahere, ut Marius Maximus docet. (*cf. Eutrop. VIII 9.*)

172/925 11. EX LIBRO II VITAE M. ANTONINI *Vulc. Gall. Auid. 6, 7* Nam et cum Bucolici milites per Aegyptum grauia multa facerent, ab hoc [*Auidio*] retunsi sunt, ut idem Marius Maximus refert in eo libro, quem secundum de uita Marci Antonini edidit. (*cf. Anton. phil. 21, 2* Et cum per Aegyptum Bucolici milites grauia multa fecissent, per Auidium Cassium retunsi sunt.)

175/928 12. EX LIBRO II VITAE M. ANTONINI *Vulcat. Gall. Auid. 9, 5* Si quis autem omnem hanc historiam [*Auidii Cassii rebellionis*] scire desiderat, legat Mari Maximi secundum librum de uita Marci, in quo ille ea dicit quae solum Marcus mortuo iam Vero egit. tunc enim Cassius rebellauit, ut probat epistula missa ad Faustinam, cuius hoc exemplum est: — Hinc autem apparet Faustinam ista [*rebellionem Auidii*] nescisse, cum dicat Marius, infamari eam cupiens, quod ea conscia Cassius imperium sumpsisset. (*cf. 7, 1* Hic imperatorem se in oriente appellauit, ut quidam dicunt,

Faustina uolente, quae ualitudini Marci iam diffidebat et timebat, ne infantes filios tueri sola non posset atque aliquis existeret, qui capta statione regia infantes de medio tolleret. *Capit. Marc. 24, 5* Voluit Marcomanniam prouinciam, uoluit etiam Sarmatiam facere, et fecisset, nisi Auidius Cassius rebellasset sub eodem in oriente atque imperatorem se appellasset, ut quidam dicunt, Faustina uolente, quae de mariti ualetudine desperaret. *Cass. D. LXXI 22 sqq.*) 5

13. EX LIBRO II VITAE M. ANTONINI *Vulc. Gall. Auid. 6, 6* Amatusque est [*Auidius*] ab omnibus orientalibus et speciatim ab Antiochensibus, qui etiam imperio eius consenserunt, ut docet Marius Maximus in uita diui Marci. (*cf. 9, 1. 7, 8.*) = *Capit. Marc. 25, 8* Ignouit [*Marcus*] et ciuitatibus, quae Cassio consenserant, ignouit et Antiochensibus, qui multa in Marcum pro Cassio dixerant, quibus et spectacula et conuentus publicos tulerat et omnium contionum genus, contra quas edictum grauissimum misit. seditiosos autem eos et oratio Marci indicat, indita Mario Maximo, qua ille usus est apud amicos. 175/928 15

14*. EX VITA COMMODI *Lampr. Comm. 13, 2* Versus in eo [*Commodo*] multi scripti sunt, de quibus etiam in opere suo Marius Maximus gloriatur. 20

15*. EX VITA COMMODI *Lampr. Comm. 15, 4* Habuit [*Commodus*] praetera morem, ut omnia quae turpiter, quae inpure, quae crudeliter, quae gladiatorie, quae lenonie faceret, actis urbis indi iuberet, ut Marii Maximi scripta testantur. (*cf. 11, 11.*) 25

16*. EX VITA COMMODI *Lampr. Comm. 18, 1* Adclamationes senatus post mortem Commodi graues fuerunt. ut autem sciretur, quod iudicium senatus de Commodo fuerit, ipsas adclamationes de Mario Maximo indidi et sententiam senatus consulti. 'Hosti patriae honores detrahantur, parricidae honores detrahantur, parricida trahatur. hostis patriae, parricida, gladiator in spoliario lanietur. hostis deorum, carnifex senatus, hostis deorum parricida senatus: hostis deorum hostis senatus. gladiatorem in spoliario. qui senatum occidit, in spoliario ponatur. qui senatum 192/945 30 35

occidit, unco trahatur. qui innocentes occidit, unco trahatur: hostis parricida, uere uere. qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. qui te occisurus fuit, unco trahatur. nobiscum timuisti, nobiscum periclitatus es. ut salui simus, Iuppiter optime maxime, serua nobis Pertina- 5 cem. Fidei praetorianorum feliciter. praetoriis cohortibus feliciter. exercitibus Romanis feliciter. pietati senatus feliciter. Parricida trahatur. rogamus, Auguste, parricida trahatur. hoc rogamus, parricida trahatur. exaudi Caesar, delatores ad leonem. exaudi Caesar, Speratum ad leonem. 10 Victoriae populi Romani feliciter. fidei militum feliciter. fidei praetorianorum feliciter. cohortibus praetoriis feliciter. Hostis statuas undique, parricidae statuas undique, gladiatoris statuas undique. gladiatoris et parricidae statuae detrahantur. necator ciuium trahatur, parricida ciuium tra- 15 hatur. gladiatoris statuae detrahantur. Te saluo salui et securi sumus, uere, uere, modo uere, modo digne, modo uere, modo libere. Nunc securi sumus: delatoribus metum. ut securi simus, delatoribus metum. *ut* salui simus, delatores de senatu, delatoribus fustem. Te saluo delatores 20 ad leonem. te imperante delatoribus fustem. Parricidae gladiatoris memoria aboleatur, parricidae gladiatoris statuae detrahantur. inpuri gladiatoris memoria aboleatur. gladiatorem in spoliario. Exaudi Caesar: carnifex unco trahatur. carnifex senatus more maiorum unco trahatur. Sae- 25 uior Domitiano, impurior Nerone. sic fecit, sic patiatur. Memoriae innocentium seruentur, honores innocentium restituas, rogamus. Parricidae cadauer unco trahatur, gladiatoris cadauer unco trahatur, gladiatoris cadauer in spoliario ponatur. Perroga, perroga, omnes censemus unco 30 trahendum. qui omnes occidit, unco trahatur. qui omnem aetatem occidit, unco trahatur. qui utrumque sexum occidit, unco trahatur. qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. qui templa spoliauit, unco trahatur. qui testamenta deleuit, unco trahatur. qui uiuos 35 spoliauit, unco trahatur. seruis seruiimus. qui pretia uitae exegit, unco trahatur. qui pretia uitae exegit et

fidem non seruauit, unco trahatur. qui senatum uendidit, unco trahatur. qui filiis abstulit hereditatem, unco trahatur. Indices de senatu. delatores de senatu. seruorum subornatores de senatu. Et tu nobiscum timuisti, omnia scis, bonos et malos nosti. omnia scis, omnia 5 emenda, pro te timuimus. o nos felices te uiso imperante. De parricida refer, refer, perroga. praesentiam tuam rogamus. Innocentes sepulti non sunt: parricidae cadauer trahatur. parricida sepultos eruit: parricidae cadauer trahatur'.

Et cum iussu Pertinacis Liuius Laurensis, procurator 10 patrimonii, Fabio Chiloni consuli designato dedisset, per noctem Commodi cadauer sepultum est. senatus adclamauit: 'Quo auctore sepelierunt? parricida sepultus eruatur, trahatur'. Cingius Seuerus dixit: 'Iniuste sepultus est. qua pontifex dico, hoc collegium pontificum dicit. quoniam laeta 15 percensui, nunc conuertar ad necessaria. censeo, quas is qui non nisi ad perniciem ciuium et ad dedecus suum uixit, ob honorem suum decerni coegit, abolendas statuas, quae undique sunt abolendae, nomenque ex omnibus priuatis publicisque monumentis eradendum mensesque is 20 nominibus nuncupandos quibus nuncupabantur, cum primum illud malum in re publica incubuit'.

17*. EX VITA PERTINACIS *Capit. Pert. 2, 6* Marcusque imperator — praetorium eum [*Pertinacem*] fecit (175/928) et primae legioni regendae inposuit, statimque Retias et 25 Noricum ab hostibus uindicauit. ex quo eminente industria studio Marci imperatoris consul est designatus. extat oratio apud Marium Maximum laudes eius continens et omnia uel quae fecit uel quae perpessus est. et praeter illam orationem, quam longum fuit conectere, saepissime Pertinax 30 a Marco et in contione militari et in senatu laudatus est, doluitque palam Marcus, quod senator esset *et* praefectus praet. fieri a se non posset.

18. EX VITA PERTINACIS *Capit. Pertin. 15, 8* Horruisse autem illum [*Pertinacem*] imperium epistula docet, 35 quae uitae illius a Mario Maximo apposita est. quam ego inserere ob nimiam longitudinem nolui. (*cf. 13, 1.*)

19. EX VITA SEVERI *Spart. Get. 2, 1* Geta autem dictus est uel a patrui nomine uel aui paterni, de cuius uita et moribus in uita Seueri Marius Maximus primo septenario satis copiose retulit.

20. EX VITA SEVERI *Lamprid. Alex. 5, 3* Delatum sibi Antonini nomen a senatu recusauit [*Alexander*], cum hic magis adfinitate Caracalli iungeretur, quam ille subditiuus. si quidem, ut Marius Maximus dixit in uita Seueri, nobilem orientis mulierem Seuerus, cuius hanc genituram esse conpererat, ut uxor imperatoris esset, adhuc priuatus et non magni satis loci, duxit uxorem, ex qua adfinitate hic Alexander fuit, cui uere per matrem suam consobrinus Varius Heliogabalus fuit. (*cf. Seuer. 3, 9. Get. 3, 1.*)

21*. EX VITA SEVERI *Capit. Clod. Alb. 3, 5* Nec negari potest, quod etiam Marius Maximus dicit, hunc animum Seuero primum fuisse, ut, si quid ei contingeret, Pescennium Nigrum et Clodium Albinum sibi substitueret. sed postea et filiis iam maiusculis studens et Albini amori inuidens sententiam mutasse atque illorum utrumque bello oppressisse, maxime precibus uxoris adductus. (*cf. uit. Seu. fr. 2. Capitol. Clod. Alb. 7, 2. 10, 3. Spart. Seu. 6, 9.*)

22*. EX VITA SEVERI *Capit. Clod. 9, 1* Et primo quidem conflictu habito contra duces Seueri potior fuit [*Albinus*], post autem Seuerus ipse, cum id egisset apud senatum, ut hostis iudicaretur Albinus, contra eum profectus acerrime fortissimeque pugnauit in Gallia non sine uarietate fortunae. denique cum sollicitus augures consuleret, responsum illi est, ut dicit Marius Maximus, uenturum quidem in potestate eius Albinum, sed non uiuum nec mortuum. quod et factum est. (*cf. Seu. 10, 7.* Et primo quidem ab Albinianis Seueri duces uicti sunt. tunc sollicitus cum consuleret, a Pannoniacis auguribus comperit se uictorem futurum, aduersarium uero nec in potestatem uenturum neque euasurum [sed iuxta aquam esse periturum.])

23*. EX VITA SEVERI *Capit. Clod. 9, 5* Fuit Albino unus, ut aliqui dicunt, filius, ut Maximus dicit, duo, quibus

[*Seuerus*] primum ueniam dedit, postea uero eos cum matre percussit et in profluentem abici iussit.

24*. EX VITA SEVERI *Spart. Seu. 15, 6* Denique cum occisi essent nonnulli [*Pescennio uicto*], Seuerus se excusabat et post eorum mortem negabat fieri iussisse quod factum est, quod de Laeto praecipue Marius Maximus dicit. (*cf. Dion. LXXV 10, 3.*) 199/952 5

25*. EX VITA SEVERI *Capit. Clod. 12, 5* Extat epistula Seueri, quae ostendit animum suum, missa ad senatum, cuius hoc exemplum est: —. Hinc apparet, quanta seueritate factionem uel Pescennianam uel Clodianam uindicauerit. quae quidem omnia in uita eius posita sunt. quae qui diligentius scire uelit, legat Marium Maximum de Latinis scriptoribus, de Graecis scriptoribus Herodianum, qui ad fidem pleraque dixerunt. 10 15

26. EX VITA HELIOGABALI *Lampr. Heliog. 11, 6* Ferunt multi ab ipso [*Heliogabalo*] primum repertum, ut in uindemiarum festiuo multa in dominos iocularia et audientibus dominis dicerentur, quae ipse conposuerat, et Graeca maxime. horum pleraque Marius Maximus dicit in uita ipsius Heliogabali. 20

27. EX INCERTIS VITIS *Lampr. Alex. 21, 3* Praefectis praetorii suis senatoriam addidit [*Alexander Seuerus*] dignitatem, ut uiri clarissimi et essent et dicerentur. quod antea uel raro fuerat uel omnino non fuerat, eo usque ut si quis imperatorum successorem praefecto praetorii dare uellet, laticlauiam eidem per libertum summitteret, ut in multorum uita Marius Maximus dicit. (*cf. Comm. 4, 7.*) 25

FABIVS MARCELLINVS

TESTIMONIA

1. *Vopisc. Prob. 2, 7* Et mihi quidem id animi fuit, ut non Sallustios, Liuios, Tacitos, Trogos atque omnes disertissimos imitarer uiros in uita principum et temporibus disserendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium 30

Marcellinum, Gargilium Martialem ceterosque qui haec et talia non tam diserte quam uere memoriae tradiderunt.

2. *Lamprid. Alex. 48, 6* Scio uulgum hanc rem quam contexui [*Ouinii Camilli rebellionem oppressam*] Traiani putare, sed neque in uita eius id Marius Maximus ita 5 exposuit neque Fabius Marcellinus neque Aurelius Verus neque Statius Valens, qui omnem eius uitam in litteras miserunt.

VALERIVS MARCELLINVS

TESTIMONIVM

1. *Capit. Max. et Balb. 4, 5* Sed priusquam de actibus eorum [*Maximi et Balbini*] loquar, placet aliqua dici de moribus 10 atque genere, non eo modo quo Iunius Cordus est persecutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus et Valerius Marcellinus.

AVRELIVS VERVS et STATIVS VALENS

1. *Testimonium de uita Traiani Lampr. Alex. 48, 6 = Fab. Marc. test. 2 supra u. 3.* 15

ENCOLPIVS

TESTIMONIVM

1. *Lampr. Alex. 17, 1* Referebat Encolpius, quo ille [*Alexander imper. 222. 975 — 235. 988*] familiarissimo usus est. (*fr. 1.*)

VITAE ALEXANDRI SEVERI FRAGMENTA

1*. *Lampr. Alex. 17, 1* Referebat Encolpius — illum [*Alexandrum*], si umquam furem iudicem uidisset, para- 20 tum habuisse digitum, ut illi oculum erueret: tantum odium eum tenebat eorum, de quibus apud se probatum, quod fures fuissent.

2*. *Lampr. Alex. 48, 7* Contra autem et Septimius et Acholius et Encolpius [uitae scriptores] ceterique de hoc [*Alexandro*] talia [*rebellionem Ouinii Camilli oppressam*] praedicauerunt. *uid. Achol. fr. 2 p. 355.*

SEPTIMIVS

TESTIMONIVM

1. *Lamprid. Alex. 17, 2* Septimius, qui uitam eius [*Alexandri*] non mediocriter exsecutus est. (*fr. 1.*) 5

VITAE ALEXANDRI SEVERI FRAGMENTA

1*. *Lampr. Alex. 17, 2* Addit Septimius [*Encolpio fr. 1*] — tanti stomachi fuisse Alexandrum in eos iudices, qui furtorum fama laborassent, etiamsi damnati non essent, ut, si eos casu aliquo uideret, commotione animi stomachi 10 choleram euomeret toto uultu inardescente, ita ut nihil loqui posset. nam cum quidam Septimius Arabianus, famosus crimine furtorum et sub Heliogabalo iam liberatus, inter senatores principem salutatum uenisset, exclamauit: 'O Marna, o Iuppiter, o di inmortales, Arabianus non solum 15 uiuit, uerum etiam in senatum uenit, fortassis etiam de me sperat, tam fatuum, tam stultum esse me iudicat?'

2*. *Lampr. Alex. 48, 7* Contra autem et Septimius et q. s. *uid. Encolp. fr. 2 et Achol. fr. 2.*

GARGILIVS MARTIALIS

TESTIMONIA

1. *Vopisc. Prob. 2, 7* Et mihi quidem id animi fuit ut — 20 imitarer — Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem ceterosque qui haec et talia non tam diserte quam uere memoriae prodiderunt.

2. *Lampr. Alex. 37, 9* Quae Gargilius eius temporis 25 scriptor singillatim persecutus est. [*fr. 1.*]

VITAE ALEXANDRI SEVERI FRAGMENTVM

1*. *Lamprid. Alex. 37, 3* Vsus conuiuii diurnus [*Alexandri*] hic fuit: uini ad totum diem sextarii triginta, panis mundi pondo triginta, panis sequentis ad donandum pondo quinquaginta. nam semper de manu sua ministris conuiuii et partem et partes aut holerum aut carnis aut 5 leguminum dabat, senili prorsus maturitate patrem familias agens. erant decreta et carnis diuersae pondo triginta, erant et gallinacei duo. adhibebatur anser diebus festis, kalendis autem Ianuariis et Hilariis matris deum et ludis Apollinaribus et Iouis epulo et Saturnalibus et huiusmodi 10 festis diebus fasianus, ita ut aliquando et duo ponerentur additis gallinaceis duobus. leporem cottidie habuit, uenationem frequentem, sed eam cum amicis diuidebat et is maxime quos sciebat per se non habere. nec diuitibus quicquam talium munerum misit sed ab his semper ac- 15 cepit. habuit cottidie amuli sine pipere sextarios quattuor, sine pipere duo, et, ne longum sit omnia inserere, quae Gargilius eius temporis scriptor singillatim persecutus est, omnia et ad modum et ad rationem illi sunt praebita.

AVRELIVS PHILIPPVS

TESTIMONIVM

1. *Lampr. Alex. 3, 2* In prima pueritia litteratores habuit 20 [*Alexander Seuerus*] Valerium Cordum et T. Veturium et Aurelium Philippum, libertum patris, qui uitam eius postea in litteras misit.

M. ANTONIVS GORDIANVS AFRICANVS

(senior a. 238. 991 imperator)

TESTIMONIA DE EIVS SCRIPTIS

1. *Capit. Gord. 3, 2* Adulescens cum esset Gordianus — poemata scripsit, quae omnia extant, et quidem cuncta illa 25 quae Cicero, id est Marium et Aratum et Halcyonas et

Vxorium et Nilum. quae quidem ad hoc scripsit, ut Ciceronis poemata nimis antiqua uiderentur. scripsit praeterea, quemadmodum Vergilius Aeneidos et Statius Achilleidos et multi alii † elidos, ita etiam ille Antoniniados, hoc est Antoninum Pium et Antoninum Marcum, uersibus diser- 5 tissimis libris triginta uitam illorum et bella et publice priuatimque gesta perscribens. et haec quidem puerulus.

2. *Capit. Gord. 4, 7* Scripsit et laudes soluta oratione omnium Antoninorum, qui ante eum fuerunt.

AELIVS SABINVS

FRAGMENTVM

1. *Capit. Maxim. 32, 1* Scribit Aelius Sabinus, quod 238/991 praetermittendum non fuit, tantam pulchritudinem oris fuisse in filio, ut etiam caput eius mortui iam nigrum, iam sordens, iam maceratum, diffluente tabo uelut umbra pulchri oris uideretur. denique cum ingens gaudium esset, quod caput Maximini uideretur, prope par maeror erat, 15 quod et filii pariter portaretur.

CVRIVS FORTVNATIANVS

TESTIMONIVM

1. *Capit. Max. et Balb. 4, 5* Sed priusquam de actibus eorum [*Maximi et Balbini*] loquar, placet aliqua dici de moribus atque genere, non eo modo quo Iunius Cordus est persecutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus et Vale- 20 rius Marcellinus [*p. 340*], quamuis Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam perscripsit, pauca contigerit, Cordus uero tam multa, ut etiam pleraque et minus honesta perscripserit.

AELIVS IVNIVS CORDVS

TESTIMONIA

1. *Capit. Opil. 1, 3* Et Iunio quidem Cordo studium fuit 25 eorum imperatorum uitas edere, quos obscuriores uidebat;

qui non multum profecit. nam et pauca repperit et indigna memoratu, adserens se minima quaeque persequuturum, quasi uel de Traiano aut Pio aut Marco sciendum sit, quotiens processerit, quando cibos uariauerit et quando uestem mutauerit et quos quando promouerit. quae ille 5 omnia exsequendo libros mythistoriis repleuit talia scribendo, cum omnino rerum uilium aut nulla scribenda sint aut nimis pauca, si tamen ex his mores possint animaduerti, qui re uera sciendi sunt, sed ex parte, ut ex ea cetera colligantur.

2. *Clod.* *5, 10* Quae [*signa imperii*] qui uolet nosse, Helium 10 Cordum legat, qui friuola super huius modi ominibus cuncta persequitur. [*fr. 1.*] *Max. 31, 4* Legat Cordum, qui haec omnia [*omina*] usque ad fabellam scripsit.

3. *Max. et Balb. 4, 5* Sed priusquam de actibus eorum [*Maximi et Balbini*] loquar, placet aliqua dici de moribus 15 atque genere, non eo modo, quo Iunius Cordus est persecutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus et Valerius Marcellinus [*p. 340*], quamuis Curius Fortunatianus [*p. 343*], qui omnem hanc historiam perscripsit, pauca contigerit, Cordus uero tam multa, ut etiam pleraque et minus 20 honesta perscripserit. (*uid. fr. 3. 10.*)

4. *Max. 27, 7* Vt Iunius Cordus loquitur, harum rerum persecutor (*fr. 11*).

VITARVM FRAGMENTA

1. *Clod. Alb. 5, 3* Huic [*Clodio Albino*] multa imperii signa, cum esset natus, facta dicuntur. nam et bos albus 25 purpureis ad plenum colorem cornibus natus est. [quod mirandum fuit, cum cornibus.] quae tamen in templo Apollinis Cumani ab eodem posita iam tribuno diu fuisse dicuntur, quod, cum illic sortem de fato suo tolleret, his uersibus eidem dicitur esse responsum: 30

'Hic rem Romanam magno turbante tumultu
sistet eques, sternet Poenos Gallumque rebellem'.

et in Gallia quidem eum multas gentes domuisse constat. ipse autem suspicabatur de Seuero sibi praedictum 'sternet Poenos', quod Septimius Afer esset. fuit et aliud signum 35

futuri imperii. nam cum Caesareana familia hoc speciale habuerit, ut paruuli domus eius in testudineis alueis lauarentur, nato infantulo testudo ingens patri eius munere piscatoris adlata est: quod ille homo litteratus omen accipiens et testudinem libenter accepit et eam curari iussit atque 5 infantulo ad excaldationes pueriles dicari, nobilitandum etiam hinc sperans. cum rarum esset aquilas in his locis uideri, in quibus natus est Albinus, septima eius die hora conuiuii, quod celebritati pueri deputabatur, cum ei fierent nomina, septem aquilae paruulae de nidis adlatae sunt et 10 quasi ad iocum circa cunas pueri constitutae: nec hoc omen pater abnuit, iussit aquilas ali et diligenter curari. accessit omen, quod, cum pueri eius familiae russulis fasciolis inligarentur, quod forte lotae atque udae essent russulae fasciolae, quas mater praegnans parauerat, pur- 15 purea matris inligatus est fascea: unde illi ioco nutricis etiam Porfyri nomen inditum est.

Haec atque alia signa imperii futuri fuere. quae qui uolet nosse, Helium Cordum legat, qui friuola super huiusmodi ominibus cuncta persequitur. 20

2. *Clod. Alb. 7, 2* Victo Pescennio, cum et filiis suis 194 imperium seruare cuperet et ingentem senatus amorem 947 circa Clodium Albinum uideret [*Seuerus*], quod esset uir antiquae familiae, litteras ad eum per quosdam summi amoris ac summae adfectionis misit, quibus hortabatur, 25 ut, quoniam occisus esset Pescennius Niger, ipse cum eo fideliter rem p. regeret. quarum exemplum hoc esse Cordus ostendit: 'Imperator Seuerus Augustus Clodio Albino Caesari, fratri amantissimo et desiderantissimo salutem. Victo Pescennio litteras Romam dedimus, quas senatus tui amantissimus 30 libenter accepit. te quaeso, ut eo animo rem p. regas, quo dilectus es frater animi mei, frater imperii. Bassianus et Geta te salutant. Iulia nostra et te et sororem salutat. infantulo tuo Pescennio Princo munera digna suo loco tuoque mittemus. tu uelim exercitus rei p. ac nobis re- 35 tentes, mi unanime, mi carissime, mi amantissime'.

3. *Clod. 11, 2* Gulosum eum [*Clodium*] Cordus, qui

talia persequitur in suis uoluminibus, fuisse dicit, et ita quidem ut pomorum tantum hauserit, quantum ratio humana non patitur. nam et quingentas ficus passarias, quas Graeci callistruthias uocant, ieiunum comedisse dicit et centum persica Campana et melones Ostienses decem et uuarum Labicanarum pondo uiginti et ficedulas centum et ostrea quadringenta. Vini sane parcum fuisse dicit, quod Seuerus negat. (*fr. 6 p. 330.*)

236/989 4. *Max. 12, 5* Victa igitur Germania litteras [*Maximinus maior*] Romam ad senatum et ad populum misit se dictante conscriptas, quarum sententia haec fuit: 'Non possumus tantum, patres conscripti, loqui quantum fecimus. per quadraginta *uel* quinquaginta milia Germanorum uicos incendimus, greges abduximus, captiuos abstraximus, armatos occidimus, in palude pugnauimus. peruenissemus ad siluas, nisi altitudo paludium nos transire non permisisset.' Aelius Cordus dicit hanc omnino ipsius orationem fuisse: credibile est.

238/991 5. *Gord. 14, 6* Denique [*Maximinus senior audito Gordianorum imperio*] statim ad filium scripsit, qui longe post sequebatur, ut adceleraret, ne quid contra eum se absente milites cogitarent. Litterarum exemplum tale Iunius Cordus edidit: 'Refert ad te stipator meus Tynchanius quae gesta cognoui uel in Africa uel Romae, refert, quae sint militum mentes. quaeso, quantum potes, properes, ne quid, ut solet, militaris turba plus faciat. quid uerear, ex eo audies quem ad te misi.'

238/991 6. *Maxim. 31,1* Mortis omina [*Maximino*] haec fuerunt: uenienti contra Maximum et Balbinum Maximino cum filio mulier quaedam passis crinibus occurrit lugubri habitu et exclamauit: 'Maximini, Maximini', neque quicquam amplius dixit et mortua est. uidebatur enim dicere uoluisse 'Succurrite'. canes circa tentorium eius in secunda mansione ultra duodecim ulularunt et animam quasi flendo posuerunt ac prima luce mortui sunt deprehensi. lupi [urbem] quingenti simul ingressi sunt in eam urbem, in qua se Maximinus contulerat; plerique dicunt Hemonam, alii Archi-

meam, certe quae deserta a ciuibus uenienti Maximino patuit. Longum est omnia persequi, quae qui scire desiderat, is uelim, ut saepe dixi, legat Cordum, qui haec omnia usque ad fabellam scripsit.

7. *Maxim. 4, 1* Bibisse autem illum [*Maximinum*] saepe in die uini Capitolinam amforam constat, comedisse et quadraginta libras carnis, ut autem Cordus dicit, etiam sexaginta. quod satis constat, holeribus semper abstinuit, a frigidis prope semper, nisi cum illi potandi necessitas. sudores saepe suos excipiebat et in calices uel in uasculum mittebat, ita ut duos uel tres sextarios sui sudoris ostenderet.

8. *Maxim. 6, 8* Erat praeterea [*Maximinus*], ut refert Cordus, magnitudine tanta, ut octo pedes digitis sex diceretur egressus, pollice ita uasto ut uxoris dextrocherio uteretur pro anulo.

9. *Max. 28, 8* Et quoniam ad Maximinum seniorem reuertimur, res iucunda praetereunda non est: nam cum esset Maximinus pedum, ut diximus [*fr. 8*], octo et prope semis, calciamentum eius, id est campagum regium, quidam in luco, qui est *inter* Aquileiam et Arciam, posuerunt, quod constitit pede maius fuisse hominis uestigio mensura. unde etiam uulgo tractum est, cum de longis et ineptis hominibus diceretur 'caliga Maximini'. Quod idcirco indidi, ne quis, *qui* Cordum legeret, me praetermisisse crederet aliquid, quod ad patrem pertineret.

10. *Max. 29, 10* Haec sunt quae de puero [*Maximino*] sciri et dici decuit. reliqua qui uolet nosse de rebus ueneriis et amatoriis, quibus eum Cordus aspergit, eundem legat.

11. *Max. 27, 6* Desponsa illi [*Maximino iuniori*] erat Iunia Fadilla, proneptis Antonini. — manserunt autem apud eam arrae regiae, quae tales (ut Iunius Cordus loquitur, harum rerum persecutor) fuisse dicuntur: monolinum de albis nouem, reticulum *cum* prasinis undecim, dextrocherium cum copula de hyacinthis quattuor praeter uestes auratas et gemmis ornatas ceteraque insignia sponsaliorum.

12. *Gord. 17, 3* Sed ego Iunium Cordum sequor, qui dicit ex omnibus his familiis [*Scipionis, Pompei, Antoninorum, Antonii*] Gordianorum coaluisse nobilitatem.

13. *Gord. 4, 6* Cordus dicit in omnibus ciuitatibus Campaniae, Etruriae, Vmbriae, Flaminiae, Piceni de proprio 5 illum [*Gordianum primum nondum imperatorem*] per quadriduum ludos scaenicos et iuuenalia edidisse.

230/983 **14.** *Gord. 5, 5* Amatus est ab Afris [*Gordianus primus pro consule*] ita ut nemo antea proconsulum, ita ut eum alii Scipionem, Catonem alii, multi Mucium ac Rutilium aut Laelium dicerent. exstat eorum adclamatio, quae 10 a Iunio in litteras relata est. Nam cum quadam die factum imperatorium legeret atque a proconsulibus Scipionibus coepisset, adclamatum est: 'Nouo Scipioni, uero Scipioni, Gordiano proconsuli.' 15

238/991 **15.** *Gord. 11, 1* Interest, ut senatus consultum, quo Gordiani imperatores appellati sunt et Maximinus hostis, litteris propagetur: Non legitimo sed indicto senatus die consul iam domi conuentus cum praetoribus, aedilibus et tribunis plebis uenit in curiam. praefectus urbi, cui nescio 20 quid redoluerat, et qui publicas litteras non acceperat, a conuentu se abstinuit. sed profuit, nam consul ante solitas adclamationes, priusquam aliquid in Maximinum feliciter diceretur, ait: 'Patres conscripti, Gordiani duo, pater et filius, ambo ex consulibus, unus uester pro consule, alter 25 uester legatus, magno Afrorum consilio imperatores sunt appellati. gratias igitur agamus Thysdritanae iuuentuti, gratias Carthaginiensi populo semper deuoto: ab inmani nos belua, ab illa fera uindicauerunt. quid timide auditis? quid circumspicitis? quid cunctamini? hoc est quod sem- 30 per optatis. hostis est Maximinus: di faciant, ut esse iam desinat, et Gordiani senis felicitatem atque prudentiam, iuuenis uirtutem atque constantiam laeti experiamur.' Post haec litteras legit Gordianorum ad senatum et ad se missas. tunc adclamauit senatus: 'Di uobis gratias. liberati ab 35 hostibus sumus, si penitus liberemur. Maximinum hostem omnes iudicamus. Maximinum cum filio dis inferis deuo-

uemus. Gordianos Augustos appellamus. Gordianos principes agnoscimus. imperatores de senatu di conseruent, imperatores nobiles uictores uideamus, imperatores nostros Roma uideat. hostes publicos qui occiderit, praemium meretur.' Dicit Iunius Cordus tacitum senatus consultum fuisse.

16. *Gord. 19, 9* Cordus dicit uxorem eum [*Gordianum iuniorem*] numquam habere uoluisse.

17. *Gord. 21, 3* Haec de Gordiano iuniore digna memoratu comperimus: non enim nobis talia dicenda sunt, quae Iunius Cordus ridicule ac stulte composuit de uoluptatibus domesticis ceterisque infimis rebus. quae qui uelit scire, ipsum legat Cordum, qui dicit, et quos seruos habuerit unusquisque principum et quos amicos et quot paenulas quotue clamydes, quorum etiam scientia nulli rei prodest, si quidem ea debeant in historia poni ab historiografis, quae aut fugienda sint aut sequenda.

18. *Max. et Balb. 4, 1* Prima igitur relatio principum fuit, ut duo Gordiani diui appellarentur. aliqui autem unum putant appellatum, seniorem uidelicet, sed ego libris, quos Iunius Cordus affatim scripsit, legisse memini ambos in deos relatos, si quidem senior laqueo uitam finiuit, iunior autem in bello consumptus est, qui utique maiorem meretur reuerentiam, quod eum bellum rapuit. (*cf. Gord. 16, 4.*)

19. *Gord. 22, 2* Tunc populus et milites Gordianum [*tertium*] paruulum annos agentem, ut plerique adserunt, undecim, ut nonnulli, tredecim, ut Iunius Cordus dicit, sedecim, nam uicensimo et secundo anno eum perisse adserit, petiuerunt, ut Caesar appellaretur.

20. *Max. et Balb. 12, 3* Ipse autem Maximus Aquileiam idcirco accesserat, ut omnia tuta et integra usque ad Alpes relinqueret, ac, si quae essent barbarorum, qui Maximino fauerant, reliquiae, compesceret. missi sunt denique ad eum legati senatores uiginti, quorum nomina sunt apud Cordum (in his consulares quattuor, praetorii octo, *octo* quaestorii) cum coronis et senatus consulto, in quo ei statuae auratae equestres decernebantur.

241/994 **21.** *Gord. 26, 1* Fuit terrae motus eo usque grauis imperante Gordiano, ut ciuitatis etiam terrae hiatu cum populis deperirent, ob quae sacrificia per totam urbem totumque orbem terrarum ingentia celebrata sunt. Et Cordus quidem dicit inspectis libris Sibyllinis celebratisque 5 omnibus, quae illic iussa uidebantur, mundanum malum esse sedatum.

22. *Gord. 31, 5* Amatus est [*Gordianus tertius*] a populo et senatu et militibus ante Philippi factionem, ita ut nemo principum. Cordus dicit omnes milites eum 10 filium appellasse, ab omni senatu filium dictum, omnem populum delicias suas Gordianum dixisse.

23. *Gord. 33, 4* Quod de C. Caesare memoriae traditum est, hoc etiam de Gordiano [*tertio*] Cordus euenisse perscribit. nam omnes quicunque illum gladio adpetiuerunt 15 (qui nouem fuisse dicuntur) postea interemptis Philippis, sua manu suisque gladiis et isdem, quibus illum percusserant, interemisse se dicuntur.

VVLCATIVS TERENTIANVS

HISTORIAE SVI TEMPORIS TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Capit. Gord. 21, 5* Sane quod praetermittendum esse non censui, quia mirabile uisum est, lectum apud Vulca- 20 tium Terentianum, qui et ipse historiam sui temporis scripsit, in litteras misi, Gordianum seniorem Augusti uultum sic repraesentasse, ut et uocem et morem et staturam eiusdem ostentare uideretur, filium uero Pompeio simillimum uisum, quamuis Pompeius obesi corporis fuisse 25 denegetur; nepotem autem, cuius etiam nunc imagines uidemus, Scipionis Asiatici faciem rettulisse.

ASINIVS QVADRATVS

HISTORIAE ROMANAE TESTIMONIA

1. *Suid. s. u. II p. 311 Bhdy.* Κοδράτος, Ῥωμαῖος ἱστορικός. ἔγραψεν Ἰάδι διαλέκτῳ ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν ἐν βιβλίοις ιε΄, ἐπιγραφὴν δὲ Χιλιετηρίδα, καὶ περιέχει ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως Ἀλέξανδρου τοῦ Μαμαίας υἱοῦ Καίσαρος.

2. *Euagr. hist. eccl. V 24* Καὶ Εὐσέβιος δὲ ἀπὸ τοῦ Ὀκταβιανοῦ καὶ Τραϊανοῦ καὶ Μάρκου λαβὼν ἕως τῆς τελευτῆς Κάρου κατήντησε. γέγραπται δὲ περὶ τῶν χρόνων τούτων ἔνια Ἀρριανῷ τε καὶ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ. 5

HISTORIAE ROMANAE FRAGMENTA

1. EX LIBRO II *Steph. Byz. s. u. p. 97 Mein.* Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας. Κουάδρατος ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος. 10 Ὁ πολίτης Ἀνθιανός, ὡς αὐτός.

2. EX LIBRO V *Steph. Byz. ap. Constant. Porph. de admin. imp. c. 23 p. 109 ed. Bonn. p. 325* Παρὰ Κουαδράτῳ ἐν Ρωμαϊκῆς χιλιάδος ε΄ ἐστὶν Ἰβήροισιν οὕτως· Καίτοι Λίγυσί θ' ἅμα καὶ Ἰβήροισι πολεμέοντες. 15

3. EX LIBRO II *Steph. Byz. s. u. p. 307* Θαψίπολις, πλησίον Καρχηδόνος. τὸ ἐθνικὸν Θαψιπολίτης, Κουάδρατος δωδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ⟨χιλιάδος⟩.

4. EX LIBRO XIIII *Steph. Byz. s. u. p. 493* Ὀξύβιοι, μοῖρα Λιγύων. Κουάδρατος τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς 20 χιλιαρχίας.

5. EX LIBRIS INCERTIS *Steph. Byz. s. u. p. 205* Γερούνιον, πόλις Ἰταλίας. Κουάδρατος δὲ Γερυνίαν ταύτην καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν Γερουνῖνος.

6. *Steph. Byz. s. u. p. 216* Δάλμιον, πόλις Δαλματίας 25 μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας. — Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ, Κουάδρατος δὲ Δέλμινον. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ Δαλμάτας.

7. *Steph. Byz. s. u. p. 521* Πήλιον. — ἔστι δὲ καὶ Πήλιον Ἰλλυρίας πόλις, ἧς μέμνηται Κουάδρατος. τὸ ἐθνικὸν Πηλῖνος.

161/914 8*. *Xiphil. LXX 3* Κουάδρατος δὲ γηραιὸν μέν φησιν αὐτὸν [*Antoninum Pium*] τελευτῆσαι, τὴν δὲ τελευτὴν ἡδίστην αὐτῷ κατ' ἴσον ὕπνῳ τῷ μαλακωτάτῳ γενέσθαι. (*cf. Capit. Pius 12, 6.*) 5

9*. *Agath. I 6 p. 26 Bonn.* Οἱ δὲ Ἀλαμανοί, εἴγε χρὴ Ἀσιννίῳ Κουαδράτῳ ἕπεσθαι, ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ καὶ τὰ Γερμανικὰ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγεγραμμένῳ, ξύγκλυδές εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες, καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία. 10

10. *Zosim. V 27 p. 284 ed. Bonn.* Ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ (μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θετταλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι, καὶ οὐχ, ὡς Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖός φησι, διὰ τὸ Ῥῶμον, ὃς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι· Κουαδράτῳ γάρ, οἶμαι, θετέον ἐν τῇ κατὰ τὸν βασιλέα Μάρκον ἱστορίᾳ τοῦτο περὶ τῆς πόλεως ταύτης διεξελθόντι) ἐν τῇ Ῥαβέννῃ κ. τ. λ. 15

PARTHICORVM FRAGMENTA

11. EX LIBRO I *Steph. Byz. s. u. p. 207 Mein.* Γηλύς, ἔθνος ⟨Παρθίας⟩, οὗ μέμνηται Ἀσίνιος Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν. 20

12. *Steph. Byz. s. u. p. 437* Μαυρούσιοι καὶ Μαῦροι, ἔθνος μέγα Λιβύης, ὡς Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν.

13. EX LIBRO II *Steph. Byz. s. u. p. 298* Ζωβίδαι, ἔθνος πλησίον Καρμανίας. Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν δευτέρῳ. 25

14. EX LIBRO III *Steph. Byz. s. u. p. 205* Γερμανίκεια, πόλις Εὐφρατησίας. Κουάδρατος ἐν τρίτῃ Παρθικῶν χωρίον αὐτήν φησιν.

15. *Steph. Byz. s. u.* Ταρσός *p. 606* Καὶ Τάρσα κώμη ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Κουάδρατος ἐν τρίτῳ Παρθικῶν. "Ἀπὸ δὲ Σαμοσάτων κατὰ ῥοῦν ἰόντι ὅσον σταδίους ἑκατὸν πεντή- 30

κοντα Τάρσα κώμη πολυάνθρωπος ᾤκεῖτο ἄνω τοῦ ποταμοῦ σταδίους πεντεκαίδεκα.'

16. *Steph. Byz. s. u. p. 713* Ὠτηνή, μοῖρα Ἀρμενίας. Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν τρίτῳ· 'Ὁ δὲ τῆς Ἀρμενίας βασιλεὺς Πάκορος ἐν τούτῳ περὶ Ἀρτάξατα καὶ τὴν Ὠτηνὴν 5 τῆς Ἀρμενίας διάγων.'.

17. EX LIBRO IIII *Steph. Byz. s. u. p. 670* Φράασπα, Μηδίας πόλις. Κουάδρατος Παρθικῶν τετάρτῳ.

18. EX LIBRO VI *Steph. Byz. s. u. p. 705* Ὠβαρηνόι, μέρος Ἀρμενίας παρακείμενον Κύρῳ ποταμῷ, ὅστις Εὐφράτῃ 10 παραλλήλως ἔχει. μέμνηται δ' αὐτῶν καὶ Κουάδρατος ἐν ἕκτῳ Παρθικῶν: 'Παρὰ δὲ Κύρῳ ποταμῷ Ὠβαρηνοί τε καὶ Ὠτηνοὶ νέμονται, μέγα μέρος Ἀρμενίας ὄντες.' = *s. u.* Ὠτηνή *p. 713.*

19. EX LIBRO VII *Steph. Byz. s. u. p. 308* Θελαμοῦζα, 15 φρούριον τῆς παρ' Εὐφράτην Ἀραβίας, ὡς Κουάδρατος ἐν Παρθικῶν ἑβδόμῃ.

20. EX LIBRO VIII *Steph. Byz. s. u. p. 194* Γάζακα, πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας, ὡς Κουάδρατος ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν. 20

21. *Steph. Byz. s. u. p. 437* Μασχάνη, πόλις πρὸς τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων. Κουάδρατος ὀγδόῳ Παρθικῶν.

22. EX LIBRO IX *Steph. Byz. s. u. p. 581* Σόλυμα, πόλις Ἀσσυρίων, μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις κτισθεῖσα, ὡς Κουάδρατος ἐνάτῳ Παρθικῶν. 25

23. *Steph. Byz. s. u. p. 593* Συρβανή, νῆσος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Κουάδρατος ἐνάτῳ Παρθικῶν.

24. *Steph. Byz. s. u. p. 623* Τιγρανόκερτα, οὐδετέρως, πόλις πρὸς Ἀρμενίαν, ἀπὸ Τιγράνου βασιλέως Ἀρμενίας. Κουάδρατος ἐνάτῳ· 'Καὶ ᾤκησε τὰ Τιγρανόκερτα· τὸ δ' ἐστὶ 30 τῇ Παρθυαίων φωνῇ Τιγρανούπολις.'

25. EX LIB. INCERTIS *Steph. Byz. s. u. p. 172* Βόγχαι, ἔθνος τοῖς Καρρηνοῖς προσκείμενον, μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου ποταμοῦ, ὡς Κουάδρατος.

26. *Steph. Byz. s. u. p. 208* Γίνδαρα, κώμη πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ. τὸ ἐθνικὸν Γινδαρεύς. Κουάδρατος δὲ Γινδάρους ἔφη.

27. *Steph. Byz. s. u. p. 446* Μέση τῶν ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος· καὶ Ἀδιαβηνὴ ἐκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ Κουάδρατος. 5

28. *Steph. Byz. s. u.* Μεσσήνη *p. 447* Ἔστι καὶ χώρα Περσίδος Μεσηνὴ δι' ἑνὸς σ, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος μεσαζομένη, ὡς Ἀσίνιος Κουάδρατός φησιν.

29. *Steph. Byz. s. u. p. 602* Τάπυρροι, οὐ πόρρω Ὑρκανίας ἔθνος. Κουάδρατος Τάπουρρα φησίν. 10

166/919 **30.** *Capit. Ver. 8, 1* Fuit [*L. Verus*] eius fati, ut in eas prouincias per quas redit [*e Syria*] Romam usque, luem secum deferre uideretur. et nata fertur pestilentia in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles forte inciderat, spiritus pestilens euasit, atque inde 15 Parthos orbemque complesse. sed hoc non Lucii Veri uitio, sed Cassii, a quo contra fidem Seleucia, quae ut amicos milites nostros receperat, expugnata est. quod quidem inter ceteros etiam Quadratus belli Parthici scriptor incusatis Seleucenis, qui fidem primi ruperant, purgat. 20

31*. *Vulc. Gall. Auid. Cass. 1, 1* Auidius Cassius, ut quidam uolunt, ex familia Cassiorum fuisse dicitur, per matrem tamen, auo genitus Auidio Seuero, qui ordines duxerat et post ad summas dignitates peruenerat. cuius Quadratus in historiis meminit, et quidem grauiter, cum 25 illum summum uirum et necessarium rei publicae adserit et apud ipsum Marcum praeualidum.

ACHOLIVS

TESTIMONIA

1. *Vop. Aur. 12, 3* Ex libris Acholii, qui magister admissionum Valeriani principis [*a. 253.1006—260.1013*] fuit, libro actorum eius nono (*fr. 4*). 30

2. *Lampr. Alex. 64, 4* Acholium, qui et interiora huius principis [*Alexandri*] scripsit (*fr. 1*).

EX LIBRIS ACTORVM FRAGMENTA

1*. *Lamprid. Alex. 64, 4* Scio sane plerosque negare, hunc a senatu Caesarem appellatum esse sed a militibus, qui uerum prorsus ignorant; dicere praeterea non hunc fuisse consobrinum Heliogabali. qui ut nos sequantur, historicos eius temporis legant et maxime Acholium, 5 qui et interiora huius principis scripsit. (*cf. 1, 2. 5, 4. Heliog. 10, 1. Opil. 4, 1.*)

2*. *Lamprid. Alex. 48* Cum quidam Ouinius Camilus senator antiquae familiae delicatissimus rebellare uoluisset tyrannidem adfectans, eique nuntiatum esset ac 10 statim probatum, ad Palatium eum rogauit [*Alexander*] eique gratias egit, quod curam rei p., quae recusantibus bonis inponeretur, sponte reciperet; deinde ad senatum processit et timentem ac tantae conscientiae tabe confectum participem imperii appellauit, in Palatium recepit, 15 conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus et melioribus quam ipse utebatur adfecit. et cum expeditio barbarica esset nuntiata, uel ipsum si uellet ire uel ut secum proficisceretur, hortatus est. et cum ipse pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem, quem post quinque milia cunc- 20 tantem equo sedere iussit, cumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento inposuit, hoc quoque seu timore seu uere respuentem, abdicantem quin etiam imperium et mori paratum dimisit commendatumque militibus, a quibus Alexander unice amabatur, tutum ad uillas 25 suas ire praecepit, in quibus diu uixit. sed post iussu imperatoris occisus est, quod et ille militaris esset [et a militibus occisus est]. scio uulgum hanc rem, quam contexui, Traiani putare —. contra autem et Septimius [*fr. 2*] et Acholius et Encolpius [*fr. 3*] [uitae scriptores] ceteri- 30 que de hoc talia praedicauerunt.

3*. *Lamprid. Alex. 14, 6* Rerum memoria [*in Alexandro*] singularis, quam mnemonico Acholius ferebat adiutam.

4. *Vopisc. Aurel. 12, 3* Et quoniam etiam de adrogatione eius [*Aureliani*] aliqua me dixeram positurum, quae 35 ad tantum principem pertinerent, quaeso ne odiosior uer-

bosiorue in ea re uidear, quam fidei causa inserendam putaui ex libris Acholi, qui magister admissionum Valeriani
258
1011 principis fuit, libro actorum eius nono: Cum consedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium, praesente exercitu, praesente etiam officio Palatino, adsidentibus 5 Memmio Tusco consule ordinario, Baebio Macro praefecto praetorii, Quinto Ancario praeside Orientis, adsidentibus etiam a parte laeua Auulnio Saturnino Scythici limitis duce et Murrentio Mauricio ad Aegyptum destinato, Iulio Tryphone orientalis limitis duce et Maecio Brundisino prae- 10 fecto annonae orientis et Vlpio Crinito duce Illyriciani limitis et Thracici et Fuluio Boio duce Retici limitis Valerianus Augustus dixit: 'Gratias tibi agit, Aureliane, res p., quod eam a Gothorum potestate liberasti. abundamus per te praeda, abundamus gloria et is omnibus, quibus Romana 15 felicitas crescit. cape igitur tibi pro rebus gestis tuis coronas murales quattuor, coronas uallares quinque, coronas nauales duas, coronas ciuicas duas, hastas puras decem, uexilla bicolora quattuor, tunicas russas ducales quattuor, pallia proconsularia duo, togam praetextam, tunicam pal- 20 matam, togam pictam, subarmalem profundum, sellam eburatam. nam te consulem hodie designo, scripturus ad senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces; haec enim imperator non solet dare sed a senatu, quando fit consul, accipere.' (*c. 14*) Post haec Valeriani dicta 25 Aurelianus surrexit atque ad manus accessit agens gratias militaribus uerbis, quae propria et ipsa adponenda decreui. Aurelianus dixit: 'Et ego, domine Valeriane, imperator Auguste, ideo cuncta feci, ideo uulnera patienter excepi, ideo et equos et coniuratos meos lassaui ut mihi gratias 30 ageret res p. et conscientia mea. at tu plus fecisti. ago ergo gratias bonitati tuae et accipio consulatum, quem das. deus faciat et deus certus, ut et senatus de me sic iudicet'. Agentibus igitur gratias omnibus circumstantibus Vlpius Crinitus surrexit atque hac oratione usus est: 'Apud 35 maiores nostros, Valeriane Auguste, quod et familiae meae amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum

locum fortissimi uiri semper electi sunt, ut uel senescentes familias uel fetus matrimoniis iam caducos substitutae fecunditas prolis ornaret. hoc igitur, quod Cocceius Nerua in Traiano adoptando, quod Vlpius Traianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino et ceteri deinceps proposita 5 suggestione fecerunt, in adrogando Aureliano, quem mihi uicarium iudicii tui auctoritate fecisti, censui esse referendum. iube igitur, ut lege agatur, sitque Aurelianus heres sacrorum nominis et bonorum totiusque iuris Vlpio Crinito iam consulari uiro ipse actutum te iudice consularis'. Lon- 10 gum est cuncta pertexere. nam et actae sunt Crinito a Valeriano gratiae, et adoptio, ut solebat, impleta.

CAELESTINVS

FRAGMENTVM

1. *Treb. Poll. Val. 8, 1* Valerianus iunior — a patre absente Caesar est appellatus, a fratre, ut Caelestinus dicit, Augustus. (*cf. Gall. 14, 9.*) 15

PALFVRIVS SVRA

TESTIMONIVM

1. *Treb. Poll. Gall. 18, 6* Longum est eius [*Gallieni*] cuncta in litteras mittere, quae qui uolet scire, legat Palfurium Suram, qui ephemeridas eius uitae composuit.

IVLIVS ATHERIANVS

FRAGMENTVM

1. *Treb. Poll. trig. tyr. 6, 5* Satis credimus Iuli Atheriani partem libri cuiusdam ponere, in quo de Victorino sic 20 loquitur: 'Victorino, qui Gallias post Iulium Posthumum rexit, neminem aestimo praeferendum, non in uirtute Traianum, non Antoninum in clementia, non in grauitate Neruam, non in gubernando aerario Vespasianum, non in censura totius uitae ac seueritate militari Pertinacem uel 25

Seuerum. sed omnia haec libido et cupiditas mulierariae uoluptatis sic perdidit, ut nemo audeat uirtutes eius in litteras mittere, quem constat omnium iudicio meruisse puniri'.

MAEONIVS ASTYANAX

TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Treb. Poll. trig. tyr. 12, 1* Capto Valeriano — cum 5
267/1020 Gallienum contemnendum Ballista praefectus Valeriani et Macrianus primus ducum intellegerent, quaerentibus etiam militibus principem unum in locum concesserunt quaerentes, quid faciendum esset. tuncque constitit, Gallieno longe posito, Aureolo usurpante imperium debere aliquem principem 10 fieri et quidem optimum, ne quispiam tyrannus existeret. Verba igitur Ballistae, quantum Maeonius Astyanax, qui consilio interfuit, adserit, haec fuerunt: 'Mea et aetas et professio et uoluntas longe ab imperio absunt, et ego, quod negare non possum, bonum principem quaero. sed 15 quis tandem est, qui Valeriani locum possit implere, nisi talis, qualis tu es, fortis, constans, integer, probatus in re p. et, quod maxime ad imperium pertinet, diues? arripe igitur locum meritis tuis debitum: me praefecto quam diu uoles uteris. tu cum re p. tantum bene agas, ut te Romanus 20 orbis factum principem gaudeat'. Ad haec Macrianus: 'Fateor, Ballista, imperium prudenti non frustra est. uolo enim rei p. subuenire, atque illam pestem a legum gubernaculis dimouere, sed non hoc in me aetatis est: senex sum, ad exemplum equitare non possum, lauandum mihi 25 est frequentius, edendum delicatius, diuitiae me iam dudum ab usu militiae retraxerunt. iuuenes aliqui sunt quaerendi, nec unus, sed duo uel tres fortissimi, qui ex diuersis partibus orbis humani rem p. restituant, quam Valerianus fato, Gallienus uitae suae genere perdiderunt'. Post haec 30 intellexit eum Ballista sic agere, ut de filiis suis uideretur cogitare atque adeo sic adgressus est. 'Prudentiae tuae rem p. tradimus. da igitur liberos tuos Macrianum et

Quietum fortissimos iuuenes, olim tribunos a Valeriano factos, qui Gallieno imperante, quod boni sunt, salui esse non possunt'. Tunc ille ubi intellectum se esse conperit: 'Do', inquit, 'manus de meo stipendium militi duplex daturus: tu tantum praefecti mihi studium et annonam in 5 necessariis locis praebe. iam ego faxim, ut Gallienus sordidissimus feminarum omnium duces sui parentis intellegat'. Factus est igitur cum Macriano et Quieto duobus filiis cunctis militibus uolentibus imperator ac statim contra Gallienum uenire coepit utcumque rebus in Orientem de- 10 relictis sed — congressus cum Aureolo uictus et cum filio interemptus est.

CORNELIVS CAPITOLINVS

FRAGMENTVM

1. *Treb. Poll. trig. tyr. 15, 8* Quibus [*ueneratoriis uoluptatibus Odenatus*] duratus solem ac puluerem in bellis Persicis tulit, non aliter etiam coniuge [*Zenobia*] 15 adsueta, quae multorum sententia fortior marito fuisse perhibetur, mulier omnium nobilissima orientalium feminarum et, ut Cornelius Capitolinus adserit, speciocissima.

DAGELLIVS FVSCVS

FRAGMENTVM

1. *Trebell. Poll. trig. tyr. 25, 2* Qui [*Tetricus iunior*] et ipse cum patre per triumphum ductus, postea omnibus 20 senatoriis honoribus functus est, inlibato patrimonio, quod quidem ad suos posteros misit, ut Dagellius Fuscus dicit, semper insignis.

GALLVS ANTIPATER

TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Treb. Poll. Claud. 5, 3* Denique iudicio suorum militum dignum exitum uitae ac moribus suis habuit, et 25

hunc tamen quidam historici laudare conati sunt, et ridicule quidem. nam Gallus Antipater, ancilla honorum et historicorum dehonestamentum, principium de Aureolo habuit: 'Venimus ad imperatorem nominis sui'.

L. DOMITIVS AVRELIANVS

(imperator a. 270. 1023 — 275. 1028)

DE EPHEMERIDIBVS TESTIMONIVM

1. *Vopisc. Aur. 1, 6* [*Iunius Tiberianus cum Vopisco loquitur*] 5
Et tamen, si bene noui, ephemeridas illius uiri [*Aureliani*] scriptas habemus, etiam bella charactere historico digesta, quae uelim accipias et per ordinem scribas, additis quae ad uitam pertinent.

CALLICRATES TYRIVS

TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Vopisc. Aur. 4, 2* Matrem quidem eius [*Aureliani*] 10
Callicrates Tyrius, Graecorum longe doctissimus scriptor, sacerdotem templi Solis, qui in uico eo in quo habitabant parentes .... fuisse dicit. habuisse quin etiam nonnihilum diuinationis, adeo ut aliquando marito suo iurgans ingesserit, cum eius et stultitiam increparet et uilitatem: 'En 15
imperatoris patrem'. ex quo constat illam mulierem scisse fatalia.

Idem dicit auspicia Aureliano haec fuisse: primum pueri eius peluem serpentem plerumque cinxisse neque umquam occidi potuisse, postremo ipsam matrem, quae 20
hoc uiderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. his accedit quod ex palliolo purpureo, quod Soli sui temporis imperator optulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur. addit etiam illud quod uinctum fasceola Aurelianum aquila innoxie de cunis leuauerit et in aram 25
posuerit, quae iuxta sacellum forte sine ignibus erat. idem auctor est uitulum matri eius natum mirae magnitudinis,

candidum sed purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno 'aue imperator', in alio coronam. Multa superflua in eodem legisse memini, quippe qui adseruerit etiam rosas in eiusdem mulieris chorte nato Aureliano exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei. 5

THEOCLIVS

TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Vop. Aur. 6, 3* Priuati huius [*Aureliani*] multa extant egregia facinora, nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis praesidiariis solus adtriuit. Refert Theoclius, Caesareanorum temporum scriptor, Aurelianum manu sua bello Sarmatico una die quadraginta et octo interfecisse, 10 plurimis autem et diuersis diebus ultra nongentos quinquaginta, adeo ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas in Aurelianum tales *componerent*, quibus diebus festis militariter saltitarent:

Mille mille mille decollauimus. 15
unus homo! mille decollauimus.
mille uiuat qui mille occidit.
tantum uini nemo habet quantum fudit sanguinis.

Haec uideo esse perfriuola sed quia supra scriptus auctor ita eadem ut sunt Latina, suis scriptis inseruit, tacenda esse 20 non credidi. idem apud Mogontiacum tribunus legionis sextae Gallicanae Francos inruentes, cum uagarentur per totam Galliam, sic adflixit, ut trecentos ex his captos septingentis interemptis sub corona uendiderit. unde iterum de eo facta est cantilena: 25

Mille Sarmatas, mille Francos semel et semel occidimus,
mille Persas quaerimus.

NICOMACHVS

FRAGMENTVM

1. *Vop. Aur. 27, 2* 'Zenobia regina orientis Aureliano Augusto. Nemo adhuc praeter te hoc quod poscis, litteris 273/1026

petit. uirtute faciendum est quidquid in rebus bellicis est gerendum. deditionem meam petis, quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse quam in qualibet uiuere dignitate. nobis Persarum auxilia non desunt, quae iam speramus, pro nobis sunt Saraceni, pro nobis Armenii. latrones Syri 5 exercitum tuum, Aureliane, uicerunt: quod si igitur illa uenerit manus quae undique speratur, pones profecto supercilium, quo nunc mihi deditionem, quasi omnifariam uictor, imperas'. Hanc epistulam Nicomachus se transtulisse in Graecum ex lingua Syrorum dicit ab ipsa Zenobia dictatam. 10

ASCLEPIODOTVS

FRAGMENTVM

1. *Vopisc. Aur. 44, 2* Verconnius Herennianus, praefectus praetorii Diocletiani, teste Asclepiodoto saepe dicebat Diocletianum frequenter dixisse, cum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse quam principem. nam eius nimia ferocitas eidem displicebat. 15 Mirabile fortasse uidetur quod conpertum Diocletiano Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet, sed de hoc posteri iudicabunt. dicebat enim quodam tempore Aurelianum Gallicanas consuluisse dryadas, sciscitantem, utrum apud eius posteros imperium permaneret. tum illas re- 20 spondisse dixit, nullius clarius in re p. nomen quam Claudii posterorum futurum.

AVRELIVS FESTIVVS

TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Vop. Firm. 6, 1* Haec nos de Firmo cognouisse scire debuisti, sed digna memoratu. nam ea, quae de illo Aurelius Festiuus libertus Aureliani singillatim rettulit, si uis cognoscere, 25 eundem oportet legas, maxime cum dicat Firmum eundem inter crocodillos, unctum crocodillorum adipibus, natasse et elephantum rexisse et hippopotamo sedisse et sedentem ingentibus strutionibus uectum esse et quasi uolitasse.

SVETONIVS OPTATIANVS

TESTIMONIVM

1. *Vop. Tac. 11, 7* Multa huius [*Taciti*] feruntur, sed longum est ea in litteras mittere, quod si quis omnia de hoc uiro cupit scire, legat Suetonium Optatianum, qui eius uitam adfatim scripsit.

M. SALVIDIENVS

FRAGMENTVM

1. *Vop. Saturn. 10* Et cum eum [*Saturninum*] animarent uel ad uitam uel ad imperium, qui amicuerunt purpuram, in haec uerba disseruit: 'Nescitis, amici, quid mali sit imperare. gladii seta pendentes ceruicibus imminent, hastae undique, undique spicula. ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur. non cibus pro uoluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. adde quod omnis aetas in imperio reprehenditur: senex est quispiam? inhabilis uidetur; adulescens? est furiosus. iam quid amabilem omnibus Probum dico? cui cum me aemulum esse cupitis, cui libens cedo et cuius dux esse cupio, in necessitatem mortis me trahitis. habeo solatium mortis: solus perire non potero'. M. Saluidienus hanc ipsius orationem uere fuisse dicit. et fuit re uera non parum litteratus. nam et in Africa rhetoricae operam dederat et Romae frequentauerat pergulas magistrales.

279 / 1032 — 10 — 15 — 20

FABIVS CERYLLIANVS

TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Vop. Car. 4, 3* Sed Fabius Ceryllianus, qui tempora Cari, Carini et Numeriani solertissime persecutus est, [*Carum*] neque Romae sed in Illyrico genitum, neque Pannoniis sed Poenis parentibus adserit natum.

FVLVIVS ASPRIANVS

TESTIMONIVM

1. *Vospisc. Car. 17, 7* Longum est, si de eius [*Carini*] luxuria plura uelim dicere. quicumque ostiatim cupit noscere, legat etiam Fuluium Asprianum usque ad taedium gestorum eius uniuersa dicentem.

CLAVDIVS EVSTHENIVS

TESTIMONIVM

1. *Vopisc. Car. 18, 4* Quattuor sane principes mundi [*Dio- cletianus, Maximianus, Galerius, Constantius*] fortes, sa- pientes, benigni et admodum liberales, unum in rem p. sentientes, semper reuerentes Romani senatus, moderati, populi amici, persancti graues, religiosi et quales principes semper optauimus, quorum uitam singulis libris Claudius Eusthenius, qui Diocletiano ab epistulis fuit, scripsit, quod idcirco dixi, ne quis a me rem tantam requireret, maxime cum uel diuorum principum uita non sine reprehensione dicatur.

CONSTANTINVS

(natus 274. 1027, imperator 306. 1059 — 337. 1090)

COMMENTARIORVM FRAGMENTA

1. *Ioann. Lyd. de mag. II 30 p. 193 Bk.* *Ὥσπερ ἀρχέτυπον εἶδος ἡ μονάς, παράδειγμα δὲ μονάδος ἕν, οὕτως ἐν προοιμίοις ἡ καθ' ἡμᾶς εὐδαίμων πόλις τῆς τότε πᾶσαν ὑπεροχὴν ἐκβεβηκυίας Ῥώμης ἐνομίσθη. ὅθεν ὁ Κωνσταν- τῖνος οὐδαμοῦ πρὸ τῆς ἐπ' αὐτῇ κονσεκρατίωνος (οὕτω δὲ τὴν ἀποθέωσιν Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι) Ῥώμην νέαν δείκνυ- ται καλῶν, κάστρα δὲ καὶ αὐτὴν ἴσα ταῖς ἄλλαις τῶν χωρῶν· καὶ τούτων ἄν τις ἐπιστήσεται τοῖς ἐλέγχοις, εἰ ταῖς διαλέξεσι Κωνσταντίνου, ἃς αὐτὸς οἰκείᾳ φωνῇ γράψας ἀπολέλοιπεν, ἐντεύξεται.*

2. *Ioann. Lyd. de mag. III 33 p. 226 Bk.* Συρίαν δὲ ὅλην καὶ Παλαιστίνην — ἐπαρχίας ἀναδείξας [*Constantinus*] ἐδεήθη ὕπαρχον, μετὰ τὸν Λιβύης καὶ Γαλατίας Ἰλλυρίδος τε καὶ Ἰταλίας, καὶ τῆς ἑῴας προχειρίσασθαι, σκεπτόμενος, ὡς αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λέγει συγγράμμασι, 5 Πέρσαις ἀδοκήτως ἐπελθεῖν. ἠπίστατο γὰρ Κωνσταντῖνος, πολὺς ὢν ἔν τε παιδεύσει λόγων καὶ συνασκήσει ὅπλων — μὴ εἶναι ῥᾴδιον ἄλλως καταπολεμηθῆναι Πέρσας μὴ ἐξαπίνης αὐτοῖς ἐπιχεομένης ἐφόδου.

TATIVS CYRILLVS

TESTIMONIVM

1. *Cap. Max. 1, 1* Ne fastidiosum esset clementiae tuae, Con- 10 stantine maxime, singulos quosque principes uel principum liberos per libros singulos legere, adhibui moderationem, qua in unum uolumen duos Maximinos, patrem filiumque, congererem. seruaui deinceps hunc ordinem, quem pietas tua etiam ab Tatio Cyrillo, clarissimo homine, qui Graeca in 15 Latinum uertit, seruari uoluit. quod quidem non in uno tantum libro sed in plurimis deinceps reseruabo, exceptis imperatoribus, quorum res gestae plures atque clariores magnis longiorem desiderant textum.

ONESIMVS

TESTIMONIA

1. *Fr. 2* Onesimus scriptor uitae Probi. *fr. 3* O. qui dili- 20 gentissime uitam Probi scripsit.
2. *Suid. s. u. II p. 1121 Bhdy.* Ὀνάσιμος, Κύπριος ἢ Σπαρτιάτης, ἱστορικὸς καὶ σοφιστής, τῶν ἐπὶ Κωνσταντίνου γενομένων. ἔγραψε στάσεων διαιρέσεις, τέχνην δικανικὴν πρὸς Ἀψίνην, περὶ ἀντιρρητικῆς τέχνης, προγυμνάσματα, μελέτας, 25 ἐγκώμια καὶ ἄλλα πλεῖστα.

HISTORIAE FRAGMENTA

1. *Vop. Proc. 13, 1* Hic tamen [*Proculus*] cum 280/1033 etiam post honores militares se inprobe libidinose, tamen

fortiter ageret, hortantibus Lugdunensibus, qui et ab Aureliano grauiter contusi uidebantur, et Probum uehementissime pertimescebant, in imperium uocitatus est, ludo paene ac ioco, ut Onesimus dicit, quod quidem apud nullum alium repperisse me scio. nam cum in quodam conuiuio 5 ad latrunculos luderetur atque ipse decies imperator exisset, quidam non ignobilis scurra 'Aue' inquid 'Auguste'. adlataque lana purpurea umeris eius iunxit eumque adorauit: timor inde consciorum atque inde iam exercitus temptatio et imperii. 10

2. *Vopisc. Bon. 14, 3* De hoc [*Bonoso*] Aurelianus saepe dicebat: 'Non ut uiuat natus est sed ut bibat'. quem quidem diu in honore habuit causa militiae. nam si quando legati barbarorum undecumque gentium uenissent, ipsi propinabantur, ut eos inebriaret atque ab his per uinum 15 cuncta cognosceret. ipse quantumlibet bibisset, semper securus et sobrius et, ut Onesimus dicit, scriptor uitae Probi, adhuc in uino prudentior.

3. *Vop. Car. 4, 2* Onesimus enim, qui diligentissime uitam Probi scripsit, Romae illum [*Carum*] et natum et 20 litteris eruditum sed Illyricianis parentibus fuisse contendit.

4. *Vopisc. Car. 16, 1* Superest nobis Carinus, homo omnium contaminatissimus, adulter, frequens corruptor iuuentutis (pudet dicere quod in litteras Onesimus rettulit), ipse quoque male usus genio sexus sui. 25

5. *Vopisc. Car. 7, 3* Extant etiam litterae Cari, quibus aput praefectum suum de Carini moribus queratur, ut appareat uerum esse, quod Onesimus dicit, habuisse in animo Carum, ut Carino Caesareanum abrogaret imperium. = *17, 6* Statuerat denique [*Carus*] Constantium, qui postea 30 Caesar est factus, tunc autem praesidiatum Dalmatiae administrabat, in locum eius subrogare, quod nemo tunc uir melior uidebatur, illum uero, ut Onesimus dicit, occidere.

NAVCELLIVS

TESTIMONIVM

1. *Symmachus ep. III 1 ad Naucellium* [*qui etiam carmina conposuit III 11 fin. et 13*] Stet igitur inter nos ista pactio: ut me quidem iuuet uetustatis exemplar de autographo tuo sumere, te autem non poeniteat scriptorum meorum ferre nouitatem. non silebo alterum munus opusculi tui, 5 quo prisca cuiusque rei publicae ex libro Graeco in Latinum transtulisti. arma ab Samnitibus, insignia a Tuscis, leges de lare Lycurgi et Solonis sumpseramus. tuus nobis post haec addidit labor peregrina monumenta, quae iam sui nesciunt. nunc uere ciuitas nostra populorum omnium 10 parens facta est, docere potest singulos antiquitates suorum. ipsa uero pars materiae digna laudari, quanto uerborum stellatur auro? nescias cultu an rebus magis uoluminis honor gaudeat.

SYMMACHI ET NICOMACHI

STEMMA

I. L. Aurelius Auianius Symmachus cos. 376, princeps senatus.

1. Virius Nicomachus Flauianus cos. 394 pauloque post occisus, historicus

II. Q. Aurelius Symmachus, orator notissimus, cos. 391.

filius ign.

2. Nicomachus Flauianus a. 431 praef. praet., emendator Liui. — filia.

III. Q. Fabius Memmius Symmachus neptem Nicomachi primi in matrimonium duxit.

3. Appius Nicomachus Dexter, praef. urbi inter a. 427—431, emendator Liuii.

IIII. Q. Aurelius Memmius Symmachus cos. 485, occisus 525, historicus.

TESTIMONIA

1. NICOMACHI *Virius Nicomachus Flauianus, princeps paganorum, iuris auguralis philosophiaeque peritissimus, 'annales' ad Theodosium misit, post alios honores cos. 394, Eugenium secutus a Theodosio uictore honoribus et patrimonio spoliatus est, pauloque post perisse* 5 *uidetur: C. I. L. VI 1 p. 399 n. 1782* Virio Nicomacho Flauiano u. c. quaest., praet., pontific. maiori, consulari Siciliae, uicario Africae, quaestori intra Palatium, praef. praet. iterum, cos. ord., historico disertissimo, Q. Fab. Memmius Symmachus u. c. pro socero optimo. *p. 400 n. 1783 (qua* 10 *inscriptione a. 431 in honorem filii (2) ab imperatoribus Flauio Theodosio et Flauio Placido Valentiniano honores ei restituuntur)*: Nicomacho Flauiano cons(ulari) Sicil(iae), uicar(io) Afric(ae), quaest(ori) aulae diui Theodosi, prae-f(ecto) praet(orio) Ital(iae), Illyr(ici) et Afric(ae) iterum, 15 uirtutis auctoritatisq(ue) senatoriae et iudiciariae ergo et q. s. *De annis honorum uid. Henzen p. 401.* — — *ex edicto ipsorum imperatorum:* intellegitis — diui aui nostri uenerationem esse, si eum, quem uiuere nobis ser-uariq(ue) uobis — optauit, sic in monumenta uirtutum 20 suarum titulosq(ue) reuocemus, ut, quidquid in istum caeca insimulatione commissum est, procul ab eius principis uoto fuisse iudicetis; cuius in eum effusa beniuolentia et usq(ue) ad annalium, quos consecrari sibi a quaestore et praefecto suo uoluit prouecta excitauit 25 liuorem inproborum. — *Statuendum curauit:* 'Appius Nicomachus Dexter u. c. ex praef. urb. auo optim(o).' — *Idem propter iuris auguralis scientiam Macrobi Saturnalibus interest Symmacho (II) auctore iuuitatus 15, 13: 'iuuitandos — censeo Flauianum, qui quantum sit mirando uiro Venusto patre* 30 *praestantior, non minus ornatu morum grauitateque uitae quam copia profundae eruditionis adseruit', uitam Apollonii Tyanei 'e Philostrati — schedis exscripsit' (Sidon. Apoll. ep. VIII 3), uid. Iahn. p. 336 sqq. [Acriter in hunc modo mortuum secundum Mommseni coniecturam inuehitur* 35

christianus quidam qui carmen in cod. Par. 8084 seruatum scripsit, Herm. IIII p. 350 sqq.]

2. *Nicomachus Flauianus, filius, qui item Eugenium secutus erat sed iam ab Honorio in gratiam receptus, ter praefectus urbi, a. 431 praefectus praet. In prima decade Liuiana emendanda uersatus est, cum eo Nicomachus Dexter* (*3*) *et Victorianus* '*u. c. domnis Symmachis*' (*Iahn p. 335*): *Eius honores inscr. n. 1783 hi enumerantur* reddita in honorem filii Nicomachi Flauiani cons(ularis) Camp(aniae), procons(ulis) Asiae, praef(ecti) urbi saepius, nunc praef(ecti) praet(orio) Italiae, Illyrici et Africae. — *Proconsul Asiae fuit 393, praefectus urbi inter annos 393—410* (*cf. Henzen p. 401*). — *Subscriptio eius sub libris VI. VII. VIII decadis Liuianae primae:* Nicomachus Flauianus u. c. III praefect. urbis emendaui apud Hennam, *Iahn l. s. p. 335.*

3. *Appius Nicomachus Dexter, nepos Nicomachi primi, filius fratris, ut uidetur, alterius, praefectus urbi inter a 427 et 431* (*uid. Henzen p. 401*). *Eius subscriptio exstat sub libris Liui III. IIII V:* Nicomachus Dexter u. c. emendaui ad exemplum parentis mei Clementiani, *Iahn l. s.*

SYMMACHI I *L. Aurelius Auianius Symmachus, praef. urbi 364 et 365, consul suffectus a. 376,* '*qui primus in senatu sententiam rogari solitus, auctoritate, prudentia atque eloquentia pro dignitate tanti ordinis magnitudinem loci eius inpleuerit*', *inscr. C. I. L. n. 1698 p. 369* (*ubi omnes eius honores enumerantur*).

II. *Q. Aurelius Symmachus, orator, eius filius, corrector Lucaniae et Brittiorum a. 365, procos. Africae a. 373, praef. urbi a. 384—386; cos. 391. cf. C. I. L. n. 1699 p. 360; quae inscriptio exstat in basi statuae quam* '*oratori disertissimo*', '*patri optimo*' *posuit.*

III. *Q. Fabius Memmius Symmachus filius unicus, qui patre uiuo quaesturam et praeturam adeptus est.*

IIII. *Q. Aurelius Memmius Symmachus u. c. et inl., cos. a. 485, patricius, fidei christianae addictus, princeps senatus, occisus 525.*

Q. AVRELIVS MEMMIVS SYMMACHVS

TESTIMONIVM DE HISTORIA

1. *Anecd. Hold. p. 4 Vsener.* Symmachus patricius et consul ordinarius, uir philosophus, qui antiqui Catonis fuit nouellus imitator, sed uirtutes ueterum sanctissima religione transcendit. dixit sententiam pro allecticiis in senatu parentesque suos imitatus historiam quoque Romanam 5 septem libris edidit.

HISTORIAE FRAGMENTVM

1. *Iord. d. reb. Get. 15* Ex eorum reliquiis [*Gothorum*] fuit et Maximinus imp. post Alexandrum Mamaeae. nam, ut dicit Symmachus in quinto suae historiae libro, Maximinus, inquiens, Caesar mortuo Alexandro ab exercitu 10 effectus est imp., ex infimis parentibus in Thracia natus, a patre Gotho nomine Micca, matre Halana, quae Ababa dicebatur. Is triennio regnans, dum in Christianos arma commoueret, imperium simul et uitam amisit. nam hic Seuero imp. regnante et natalis diem filii celebrante, post 15 prima aetate et rusticana uita de pascuis in militiam uenit. princeps si quidem militares dederat ludos; quod cernens Maximinus, quamuis semibarbarus aduliscens, propositis praemiis patria lingua petit ab imperatore, ut sibi luctandi cum expertis militibus licentiam daret. Seuerus, 20 ammodum miratus magnitudinem formae (erat enim, ut fertur, statura eius procera ultra octo pedes) iussit eum lixis corporis nexu contendere, ne quid a rudi homine militaribus uiris eueniret iniuriae. tum Maximinus sedecim lixas tanta felicitate prostrauit, ut uincendo singulos nul- 25 lam sibi requiem intercapidinem temporis daret. hic captis praemiis iussus in militiam mitti, primaque ei stipendia equestria fuere. Tertia post haec die, cum imperator prodiret in campum, uidit eum exultantem more barbarico iussitque tribuno, ut eum cohercitum ad Romanam inbueret 30 disciplinam. ille uero, ubi de se intellexit principem loqui, accessit ad eum equitantemque praeire pedibus coepit.

tum imperator equo ad lentum cursum calcaribus incitato multos orbes huc atque illuc usque ad suam defatigationem uariis deflexibus impediuit ac deinde ait illi: 'Num quid uis post cursum, Thracisce, luctare'? respondit: 'Quantum libet imperator'. Ita Seuerus, ex equo 5 desiliens, recentissimos militum cum eo decertari iussit. at ille septem ualentissimos iuuenes ad terram elisit, ita ut antea nihil per interualla respiraret, solusque a Caesare et argenteis praemiis et aureo torque donatus est; iussus deinde inter stipatores degere corporis principalis. Post 10 haec sub Antonino Caracalla ordines duxit ac saepe famam factis extendens plures militiae gradus centuriatumque strenuitatis suae pretium tulit. Macrino tamen postea in regnum ingresso recusauit militiam pene triennio tribunatusque habens honorem nunquam se oculis Macrini optulit, 15 indignum ducens eius imperium, quia perpetrato facinore fuerat adquisitum. ad Eliogabalum dehinc quasi ad Antonini filium reuertens tribunatum suum adiit et post hunc sub Alexandrum Mamaeae contra Parthos mirabiliter dimicauit. Eoque Mogontiaco militari tumulto occiso ipse 20 exercitus electione absque senatus consultu effectus est imperator, qui cuncta bona sua in persecutione Christianorum malo uoto foedauit occisusque Aquileia a Puppione regnum reliquit Philippo. Quod nos idcirco huic nostro opusculo de Symmachi hystoria mutuauimus, quatenus gen- 25 tem, unde agimus, ostenderemus ad regni Romani fastigium usque uenisse.

APPENDIX
SCRIPTORVM AETATIS OMNINO INCERTAE

ALFIVS

BELLI CARTHAGINIENSIS LIBRI I FRAGMENTVM

1. *Fest. s. u. Mamertini p. 158 M.* Mamertini appel-[*lati sunt ha*]c de causa: cum † de toto Samnio grauis incidisset pestilentia, Sthennius Mettius eius gentis princeps conuocata ciuium suorum contione exposuit se uidisse in quiete praecipientem Apollinem, ut, si uellent eo malo 5 liberari, uer sacrum uouerent, id est, quaecumque uere proximo nata essent, immolaturos sibi. quo facto leuatis post annum uicensimum deinde eiusdem generis incessit pestilentia. rursum itaque consultus Apollo respondit, non esse persolutum ab his uotum, quod homines immolati 10 non essent, quos si expulissent, certe fore ut ea clade liberarentur. itaque hi iussi patria decedere, cum in parte ea Si[*ciliae*] consedissent, quae [*nun*]c Tauricana dicitur, forte [*labo*]rantibus bello no[*u*]o Messanesibus auxilio uenerunt ultro eosque [*ab eo*] liberarunt † prouinciales. 15 quod ob [*me*]ritum eorum ut gratiam referrent, et in suum corpus communionemque agrorum inuitarunt eos et nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod coniectis in sortem duodecim deorum nominibus Mamers forte exierat, qui lingua Oscorum Mars significatur. cuius hi- 20 storiae auctor est Alfius libro primo belli Carthaginiensis.

GABINIVS

HISTORIAE FRAGMENTVM

1. *Strab. XVII 3, 8 p. 829* Καὶ Γαβίνιος δὲ ὁ Ῥωμαίων συγγραφεὺς οὐκ ἀπέχεται τῆς τερατολογίας τῆς περὶ Μαυ-

ρουσίαν· πρὸς γὰρ τῇ Λυγγὶ Ἀνταίου μνῆμα ἱστορεῖ καὶ σκελετὸν πηχῶν ἑξήκοντα, ὃν Σερτώριον γυμνῶσαι καὶ πάλιν ἐπιβαλεῖν γῆν. καὶ τὰ περὶ τῶν ἐλεφάντων μυθώδη. φησὶ γὰρ τἄλλα μὲν θηρία φεύγειν τὸ πῦρ, τοὺς δ' ἐλέφαντας πολεμεῖν καὶ ἀμύνεσθαι, διότι τὴν ὕλην φθείρει. 5 πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους διαμάχεσθαι, κατασκόπους προπέμποντας καὶ ὅταν ἴδωσιν ἐκείνους <φεύγοντας>, φεύγειν καὶ αὐτούς, ἐπειδὰν δὲ τραύματα λάβωσιν, ἱκετηρίαν προτείνειν κλάδους ἢ βοτάνην ἢ κόνιν.

SVLPICIVS BLITHO

FRAGMENTVM

1. *Corn. Nep. Hann. 13, 1* Quibus consulibus interierit [*Hannibal*], non conuenit. namque Atticus M. Claudio Marcello Q. Fabio Labeone consulibus mortuum in annali suo scriptum reliquit. — Sulpicius autem Blitho P. Cornelio Cethego M. Baebio Tamphilo. (*cf. Valer. fr. 49.*) 181/573

ANNIVS FETIALIS

FRAGMENTVM

1. *Plin. n. h. XXXXIIII 29* Hanc primam [*statuam Cloeliae*] cum Coclitis publicae dicatam crediderim —, nisi Cloeliae quoque Piso [*fr. 20*] traderet ab iis positam qui una opsides fuissent, redditis a Porsina in honorem eius, e diuerso Annius Fetialis equestrem, quae fuerit contra Iouis Statoris aedem in uestibulo Superbi domus, 20 Valeriae fuisse Publicolae consulis filiae, eamque solam refugisse Tiberimque transnatauisse ceteris opsidibus, qui Porsinae mittebantur, interemptis Tarquinii insidiis. (*Eiusdem Annii Fetialis fragmenta sec. ind. latent in Plinii n. h. libr. XXXVI, Fetialis XVI. XXXIII.*) 25 507/247

FABIVS VESTALIS

FRAGMENTVM

293/461 **1.** *Plin. n. h. VII 213* Princeps Romanis solarium horologium statuisse ante undecim annos quam cum Pyrro bellatum est, ad aedem Quirini L. Papirius Cursor, cum eam dedicaret a patre suo uotam, a Fabio Vestale proditur. sed neque facti horologi rationem uel artificem significat 5 nec unde translatum sit, aut apud quem scriptum id inuenerit. (*Eiusdem Fabii Vestalis latent secundum indices fragmenta in Phinii l. XXXIIII et XXXVI.*)

DECVLO

FRAGMENTVM

1. *Plin. n. h. XXXV 70* Pinxit [*Parrhasius Ephesius*] et archigallum, quam picturam amauit Tiberius princeps 10 atque, ut auctor est Deculo, HS |LX| aestimatam cubiculo suo inclusit. (*Eiusdem Deculonis latet sec. ind. fr. in Plin. n. h. l. X.*)

C. PISO

(an cos. a. 67. 687? de cuius orationibus cf. Cic. Brut. 69. 239.)

HISTORIARVM FRAGMENTVM

86/668 **1.** *Plut. Mar. 45* Γάιος δέ τις Πείσων, ἀνὴρ ἱστορικός, ἱστορεῖ τὸν Μάριον ἀπὸ δείπνου περιπατοῦντα μετὰ 15 τῶν φίλων ἐν λόγοις γενέσθαι περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν πραγμάτων ἄνωθεν ἀρξάμενον καὶ τὰς ἐπ' ἀμφότερα πολλάκις μεταβολὰς ἀφηγησάμενον εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἔστι νοῦν ἔχοντος ἀνδρὸς ἔτι τῇ τύχῃ πιστεύειν ἑαυτόν· ἐκ δὲ τούτου τοὺς παρόντας ἀσπασάμενον καὶ κατακλιθέντα συνεχῶς ἡμέρας 20 ἑπτὰ τελευτῆσαι.

AEMILIVS PARTHENIANVS

TESTIMONIVM ET FRAGMENTVM

1. *Vulc. Gall. Auid. Cass. 5, 1* De hoc [*Auidio Cassio*] multa grauia contra militum licentiam facta inueniuntur

apud Aemilium Parthenianum, qui adfectatores tyrannidis iam inde a ueteribus historiae tradidit. nam et uirgis caesos in foro et in mediis castris securi percussit, qui ita meruerunt, et manus multis amputauit. et praeter laridum ac buccellatum atque acetum militem in expedi- 5 tione portare prohibuit et, si aliud quippiam repperit, luxuriem non leui supplicio adfecit.

PESCENNIVS FESTVS

HISTORIARVM PER SATVRAM FRAGMENTVM

1. *Lactant. inst. I 21* Pescennius Festus in libris historiarum per saturam refert Carthaginienses Saturno humanas hostias solitos immolare, et cum uicti essent ab 10 Agathocle rege Siculorum, iratum sibi deum putauisse, itaque, ut diligentius piaculum soluerent, ducentos nobilium filios immolasse.

BRVTTIVS

TESTIMONIVM

1. *Euseb. hist. eccl. III 18* *Εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα κατὰ τοὺς δηλουμένους* [*i. e. sub Flauiis*] *ἡ τῆς ἡμετέρας πίστεως* 15 *διέλαμπε διδασκαλία, ὡς καὶ τοὺς ἄποθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῖς μὴ ἀποκνῆσαι ταῖς αὐτῶν· ἱστορίαις τόν τε διωγμὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ μαρτύρια παραδοῦναι, οἵ γε καὶ τὸν καιρὸν ἐπ' ἀκριβὲς ἐπεσημήναντο, ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ Δομετιανοῦ μετὰ πλείστων ἑτέρων καὶ Φλαουίαν* 20 *Δομετίλλαν ἱστορήσαντες, ἐξ ἀδελφῆς γεγονυῖαν Φλαουίου Κλήμεντος, ἑνὸς τῶν τηνικάδε ἐπὶ Ῥώμης ὑπάτων, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν εἰς νῆσον Ποντίαν κατὰ τιμωρίαν δεδόσθαι.* (*cf. fr. 3.*)

FRAGMENTA

1. *Malal. II p. 34 Dind.* *Ὁ δὲ σοφώτατος Βούττιος,* 25 *ἱστορικὸς χρονογράφος, ἐξέθετο, ὡς ὁ αὐτὸς Πῖκος ὁ καὶ Ζεὺς οὖσαν ταύτην* [*Danaen*] *ἐν κουβουκλείῳ παρακειμένῳ τῇ*

θαλάσσῃ πολλῷ χρυσῷ πείσας ἠδυνήθη προτρεψάμενος· ἥντινα ἁρπάσας ὡς πάνυ εὐπρεπῆ ἔφθειρεν, καὶ ἐξ αὐτῆς ἔσχεν υἱὸν ὀνόματι Περσέα τὸν προειρημένον. = *Chron. Pasch. p. 69 D. Βρούττιος ὁ ἱστορικὸς καὶ χρονογράφος.*

2. *Malal. VIII p. 193 D. Καὶ εὐθέως ὡς πάρδαλις ἐκεῖθεν ὁρμήσας ὁ Ἀλέξανδρος ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ στρατηγοῖς παρέλαβε πάσας τὰς χώρας. καὶ νικήσας τὸν Δαρεῖον, βασιλέα Περσῶν, τὸν Ἀσσαλάμου, παρέλαβεν αὐτὸν καὶ πᾶσαν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν χώραν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Πάρθων καὶ Βαβυλωνίων καὶ Περσῶν καὶ πάσας τὰς βασιλείας τῆς γῆς, καθὼς Βόττιος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο, ἐλευθερώσας ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος καὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας καὶ πᾶσαν τὴν γῆν τῶν Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων ἐκ τῆς Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Πάρθων καὶ Μήδων ὑποταγῆς καὶ δουλείας, ἀποδοὺς Ῥωμαίοις πάντα ἃ ἀπώλεσαν.*

95 / 848 3. *Hieron. ad a. Abr. 2112 = 95 p. Chr. p. 163 Sch.* Scribit Bruttius plurimos Christianorum sub Domiciano fecisse martyrium, inter quos et Flauiam Domitillam Flauii Clementis consulis ex sorore neptem in insulam Pontianam relegatam, quia se Christianam esse testata sit. (*cf. uers. Arm. p. 160 Sch.* Refert autem Brettius multos Christianorum sub Dometiano subiisse martyrium: Flauia uero Dometila et Flauus Clementis consulis sororis filius, in insulam Pontiam fugit (fugerunt?), quia se Christianum (Christianos?) esse professus est (professi sunt?). *epit. Syria p. 214* Narrat autem Burtnus multos Christianos in diebus Domitiani martyrium subiisse, et Flauiam Domitillam, filiam sororis Clementis consulis, in insulam Pontiam fugisse, quod se Christianam esse profiteretur.) = *Sync. I p. 650 D. Πολλοὶ δὲ Χριστιανῶν ἐμαρτύρησαν κατὰ Δομετιανόν, ὡς ὁ Βρέττιος ἱστορεῖ, ἐν οἷς καὶ Φλαυία Δομετίλλα, ἐξαδελφὴ Κλήμεντος Φλαυίου ὑπατικοῦ, ὡς Χριστιανὴ εἰς νῆσον Ποντίαν φυγαδεύεται. αὐτὸς δὲ Κλήμης ὑπὲρ Χριστοῦ ἀναιρεῖται.* = *Malal. X p. 262 D. Πολλοὺς δὲ ἄλλους*

χριστιανοὺς ἐτιμωρήσατο, ὥστε φυγεῖν ἐξ αὐτῶν πλῆθος ἐπὶ τὸν Πόντον, καθὼς Βώττιος ὁ σοφὸς χρονογράφος συνεγράψατο κατ' αὐτῶν. = *Chron. Pasch. p. 468 D.* Ἱστορεῖ ὁ Βρούττιος πολλοὺς χριστιανοὺς κατὰ τὸ ιδ' ἔτος Δομετιανοῦ· μεμαρτυρηκέναι. 5

RVBELLIVS BLANDVS

FRAGMENTVM

1. *Seru. ad Verg. georg. I 103* Sane Rubellius Blandus et Quadrigarius [*fr. 91 p. 151*] historici dicunt Gargarum flumen uocari in finibus Thurinis. at illud fuisse oppidum mediocre, quod Garga nunc uicus est, quem Troes obscuri centum quinquaginta ignoto et incerto duce in- 10 sederunt, scilicet nomine a uertice Idaeo translato, a quo ciuitas etiam in finibus Troicis Gargara appellatur.

IVVENCVS MARTIALIS

DE IVLII CAESARIS HISTORIA TESTIMONIVM

1. *Sidon. Apoll. VIIII 14* [*ad Burgundionem*] Eminet tibi thematis celeberrimi uotiua redhibitio, laus uidelicet peroranda, quam edideras, Caesaris Iulii. quae materia tam 15 grandis est, ut studentum si quis fuerit ille copiosissimus, nihil amplius in ipsa debeat cauere, quam ne quid minus dicat. nam si omittantur, quae de titulis dictatoris inuicti scripta Patauinis sunt uoluminibus, quis opera Suetonii, quis Iuuenci Martialis historiam, quisue ad extremum Balbi 20 ephemeridem fando adaequauerit?

AEMILIVS SVRA

FRAGMENTVM

1. *Vetus gloss. ad Vell. I 6, 6* Aemilius Sura de annis populi Romani: Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persae, deinde Macedones; exinde duobus regibus Philippo et Antiocho, 25

qui a Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthaginem subactam deuictis summa imperii ad populum Romanum peruenit. inter hoc tempus et initium regis Nini Assyriorum, qui princeps rerum potitus *est*, intersunt anni MDCCCCXCV. 5

VALENS

HISTORIAE FRAGMENTVM

1. *Ioann. Lyd. de mens. IIII 63 p. 95 Bk.* *Οὐάλης δέ, ὃς καὶ αὐτὸς τὰ Καίσαρος ἔγραψε, φησὶν ἄριστον μὲν αὐτὸν καὶ πρεπωδέστατον ἐν μεγέθει γενέσθαι, ἔτι μὴν καὶ κομήτην· τὴν δὲ κόμην πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι καισάριεν προσαγορεύουσι, καί φησιν ὡς διὰ τὸ ἐξ αὐτῆς κάλλος Καῖσαρ προσηγορεύετο.* 10

INDICES

I

SCRIPTORVM INDEX

II

TABVLA RERVM ROMANARVM

QVAE HIS FRAGMENTIS CONTINENTVR EX TEMPORVM ORDINE DIGESTARVM*)

*) Vbi paginarum et uersuum numeri uncis inclusa sunt, coniectura fragmenta ad res annosque indicatos relata sunt.

a. Chr. n.	a. urb. cond.	
294	460	res a consulibus bello gestae 28, 32. 141, 34.
290	464	Sabinis deuictis Romani diuites facti 29, 1.
280	474	proletarii armati (72, 7).
278	476	insidiae Pyrrho a familiaribus structae 142, 18. 156, 18.
263	491	classis contra Hieronem quadraginta quinque diebus aedificata 84, 15.
258	496	uirtus Q. Caedicii 55, 28, seu Laberii 143, 17 sqq.
256	498	M. Atilii Reguli cum angue certamen 202, 3.
250	504	Reguli legatio et mors 91, 5. 202, 11.
		elephanti a L. Metello in Sicilia capti Romae per circum acti 84, 19.
249	505	tertii ludi saeculares 156, 31.
241	513	Hasdrubalis et Romanorum certamina ad Erycem 29, 17.
240	514	Liuius primus fabulam docuit 216, 19.
231	523	Papirii Masonis triumphus et honos 84, 30.
225	529	copiae a Romanis contra Gallos missae 30, 3.
219	535	primus medicus Romam uenit 72, 20.
		initium belli Hannibalici 30, 26.
218	536	Carthaginiensium perfidia 57, 12.
		Hannibal per Cremonis iugum Alpes transit 101, 11.
		numerus militum, quos Hannibal, postquam Rhodanum transiit, amisit 34, 8.
		P. Cornelius Scipio ad Ticinum a seruo seruatus 101, 21.
		Mago post proelium Ticinense extemplo Padum transnauit, Hannibal per superiora uada transiit 101, 25.
218	536	Sempronius cons. celocem in Africam mittit 101, 5.
217	537	Q. Flaminii ad Trasumennum caedes 101, 30; 33. numerus militum ad Tr. caesorum 31, 13.
		Q. Fabius a populo primus dictator creatus 102, 20.
216	538	a. d. IIII non. Sext. ad Cannas pugnatum 144, 15.
		consilium Maharbalis post cladem Hannibali datum 57, 20.
		captiuorum ab Hannibale Romam missorum fraus 35, 25. 102, 32. 224, 6.
		Postumii mors (96, 30).
215	539	M. Marcelli res gestae 220, 3.
212	542	res a L. Marcio in Hispania gestae 36, 5. 84, 33. 144, 28. 156, 34.
211	543	Hannibalis iter Romam uersus factum 103, 15.
210	544	P. Cornelii Scipionis belli in Hispania gerendi ratio 113, 1.
		Carthago noua expugnata 157, 13.
208	546	Marcelli mors 103, 21. 220, 9.
205	549	Cn. Octauius naues Poenorum capit 104, 5. 158, 5.

a. Chr. n.	a. urb. cond.	
181	573	mors Hannibalis teste Sulpicio Blithone 373, 10.
		Numae arca et scripta inuenta et conbusta 73, 19. 80, 7. 90, 18. 155, 20.
174	580	Q. Fuluii Flacci et A. Postumii Albini censura 173, 17.
169	585	Rhodiorum superbia 146, 36.
		Eumenes praetorem R. bello Persico non adiuuit 172, 32.
168	586	Aemilius Paulus Persam fallit 116, 9.
		Romanorum ad Pydnam occisorum numerus 117, 19.
167	587	triumphus Persicus 173, 5.
		Rhodiensium causa Catonisque oratio 58, 20.
		praeda Illyrica 173, 16.
161	593	lex Fannia 96, 33.
158	596	secundum Pisonem septimum urbis saeculum coepit 85, 30.
		P. Cornelius Scipio et M. Popilius censores statuas quasdam circa forum tollunt 85, 33.
155	599	Atheniensium legatio 122, 11. 217, 6.
154	600	pudicitia euersa 86, 4.
149	605	quarti ludi saeculares 178, 21.
		Ser. Galbae causa 62, 8 sqq.
148	606	L. Libo trib. pl. 88, 3.
146	608	quarti ludi saeculares 74, 8. 86, 9. 97, 4.
		Ti. Sempronius Gracchus primus Carthaginis urbis muros escendit 88, 3.
		numerus hostium ad Thermopylas et in Phocide caesorum 147, 22.
		Q. Caecilius Metellus in Achaia uincit 173, 26.
		proelium cum Lusitanis conmissum 147, 31.
144	610	Q. Marcii praetura 273, 21.
137	617	Ti. Sempronius Gracchus consilium capit leuandae plebis miseriae 118, 15.
		foedus inter Romanos Numantinosque ictum (148, 14. 174, 1).
133	621	Ti. Gracchi studium ciuium 110, 15. orauit ut se defenderent 110, 19.
		Q. Metellus contra Ti. Gracchum dixit 88, 12.
132	622	Tuditanus praetor 198, 24.
131	623	Leucas urbs a P. Licinio Crasso oppugnata 110, 23.
107	647	Tigurini L. Crassum cons. interfecerunt 108, 14.
105	649	ad Arausionem pugna 174, 22.
101	653	pugna Vercellensis 124, 21. 125, 6; 12. 128, 22. 129, 1.
100	654	Marius largitione sextum consulatum adeptus 122, 25.
99	655	Q. Caecilii Metelli reditus 148, 21.
95	659	Sulla praeturae repulsam tulit 129, 18.

p. Chr. n.	a. urb. cond.	
62	815	Caesennii Paeti in Armenia clades 303, 15.
65	818	Pisonis coniuratio 310, 19. Senecae philosophi mors 317, 4.
66	819	Iusti aduersus Romanos rebellio 306, 23.
69	822	Cremonae uastatio 311, 5. 316, 6.
79	832	Vespasiani mors 325, 17.
95	848	Christianorum martyrium 376, 17.
101	854	Traiani iter 324, 1.
121	874	(uel inseq.) Hadriani Tarracone dilectus 333, 14.
161	914	Antonini Pii mors 352, 4.
172	925	Bucolici ab Auidio Cassio uicti 334, 21.
175	928	Auidius Cassius Faustina uolente rebellauit 334, 28. studium Orientalium in eum 335, 9.
192	945	senatus adclamationes post Commodi mortem 335, 28.
194	947	Seuerus Clodium Albinum ad rem p. secum regendam hortatur 345, 21.
230	983	adclamatio Afrorum in Gordianum 348, 8.
236	989	Maximini de uicta Germania epistula 346, 9.
238	991	Maximini ad filium de periculo imminente epistula 346, 19.
		senatus consultum, quo Gordiani imperatores appellati sunt et Maximinus hostis 348, 16.
		Gordiani in deos relati 349, 17.
241	994	terrae motus 350, 1.
253	1006	Aureliani adrogatio 355, 34.
267	1020	Macrianus cum filiis imperator factus 358, 5.
273	1026	Zenobia ad Aurelianum scribit 361, 28.
279	1032	Saturninus imperator factus 363, 5.
280	1033	Proculus imperator factus 365, 27.

III

INDEX

MEMORABILIVM NOMINVM PROPRIORVM ET RERVM

ℳ ₰

Iuliani imp. op. ed. *Hertlein*. 2 voll. 6.75
Iurisprudent. anteiust. reliquiae ed. *Huschke*. Editio IV 6.75
—— —— —— Indices ed. *Fabricius* 1.80
—— Suppl. Bruchstücke a. Schriften röm. Juristen. Von *Huschke* . —.75
Iustiniani inst. ed. *Huschke* . . . 1.—
—— Novellae ed. *Zachariae*. 2 voll. 10.50
Iustinus ed. *Jeep*. Editio maior . 2.70
—— —— Editio minor . . . . . . —.90
Iuvenalis ed. *Hermann* . . . . . . —.45
Livius ed. *Weißenborn*. 6 voll. . . 6.—
Vol. I—III auch in Heften . . à —.60
Vol. I pars I lib. I—III
—— pars II lib. IV—VI
Vol. II pars I lib. VII—X
—— pars II lib. XXI—XXIII
Vol. III pars I lib. XXIV—XXVI
Ferner einzeln: lib. I et II . . . —.45
Lucian ed. *Jacobitz*. 3 voll. . . . 6.30
—— —— Auch in 6 partes, à pars 1.05
Lucretius ed. *Bernays* 1.50
Lycophron ed. *Kinkel*. 1.80
Lycurgus ed. *Scheibe* . . . . —.60
Lydus ed. *Wachsmuth* 2.70
Lysias ed. *Scheibe* 1.20
Macrobius ed. *Eyßenhardt* 5.40
Manethon ed. *Koechly*. 1.50
Martialis ed. *Schneidewin* 1.50
Martianus Capella ed. *Eyßenhardt* 4.50
Maximus et Ammon. ed. *Ludwich* 1.80
Metrologici script. ed. *Hultsch*. 2 voll. 5.10
Muretus ed. *Frey*. Vol. I et II. . 2.40
Nicephori opuscula historica ed. *de Boor*. 3.30
Nicomachus ed. *Hoche* 1.80
Nonnus ed. *Koechly*. 2 voll.. . . à 4.50
—— paraphrasis ed. *Scheindler* . . 4.50
Onosander ed. *Koechly* 1.20
Ovidii opera ed. *Merkel*. 3 voll. . 2.90
—— —— tristia . . . . —.45
—— —— fasti . . . . —.60
—— —— met. delectus ed. *Merkel* —.60
Panegyrici latini XII ed. *Baehrens* 3.60
Pausanias ed. *Schubart*. 2 voll. . 3.60
Persius ed. *Hermann* . . . . —.30
Phaedrus ed. *Müller* . . . . —.30
Philostratus ed. *Kayser*. 2 voll. . 8.25
Pindarus ed. *Christ* . . . . 1.—
Plato ed. *Hermann*. 6 voll. . . . 10.50
[Auch in 15 einzelnen Heften.]
Plautus ed. *Fleckeisen*. Vol. I. II 2.70
—— —— einzelne Stücke . . . à —.45
Plini epistolae ed. *Keil* 1.20
—— natur. historia ed. *Jan*. 6 voll. 13.20
Plinius et Gargilius Mart. ed. *Rose* 2.70
Plotinus ed. *Volkmann*. Vol. I.. .
Plutarchus ed. *Sintenis*. 5 voll.. . 8.40
[Auch in 14 einzelnen Heften.]
—— moralia ed. *Hercher*. Vol. I 1.80
Poetae latini min. ed. *Baehrens*. Vol. I—V . . . .
Polemon ed. *Hinck*. . . . . 1.—
Polyaenus ed. *Woelfflin*. 4.50
Polybius ed. *Dindorf*. 4 voll. . . 11.70

ℳ ₰

Pomponii Melae de chorographia libri tres rec. *Frick*. 1.20
Porphyrion ed. *Meyer* 4.20
Porphyrius ed. *Nauck* 1.80
Proclus ed. *Friedlein* 6.75
Propertius ed. *Müller* . . . . . . —.60
Quintilian ed. *Bonnell*. 2 voll.. . 2.40
—— —— lib. X ed. *Halm* . . . . —.30
Quintus Smyrnaeus ed. *Koechly*. . 1.50
Rerum naturalium script. Graeci ed. *Keller*. Vol. I 2.70
Rhetores Graeci ed. *Spengel*. 3 voll. 9.—
Ruhnkenii elogium Hemsterhusii ed. *Frey* . . . . —.45
Rutilius Namatianus ed. *Müller*. . —.75
Sallustius ed. *Dietsch*. Ed. IV . . —.45
Script. histor. Augustae. 2 voll. 5.10
Script. metrici Graeci ed. *Westphal*. Vol. I 2.70
Seneca ed. *Haase*. 3 voll. 7.80
—— tragoediae ed. *Peiper et Richter* 4.50
Seneca rhetor ed. *Kießling*. . . . 4.50
Simeo Sethus ed. *Langkavel*. . . . 1.80
Sophocles ed. *Dindorf*. Ed. V. . . 1.50
—— —— einzelne Stücke . . . à —.30
Soranus ed. *Rose* 4.80
Statius ed. *Queck*. 2 voll. 3.60
—— Vol. I Silvae ed. *Baehrens* . . 1.80
—— Vol. II Fasc. I. Achilleis ed. *Kohlmann*. . . . . —.75
Stobaei florilegium ed. *Meineke*. 4 voll. 9.60
Stobaei eclogae ed. *Meineke*. 2 voll. 6.—
Strabo ed. *Meineke*. 3 voll. . . . . 6.—
Suetonius ed. *Roth* 1.50
Tacitus ed. *Halm*. 2 voll. 2.40
—— —— Germania, Agricola et dialogus ed. *Halm* . . . . . . —.45
Terentius ed. *Fleckeisen*. 1.20
Testamentum, novum, Graece ed. *Buttmann*. 2.25
Themistius ed. *Spengel*. 2 voll.. . 6.—
Theodorus Prodromus ed. *Hercher* —.50
Theon Smyrnaeus ed. *Hiller* . . . 3.—
Theophrastus ed. *Wimmer*. 3 voll. 6.60
Theophrasti char. ed. *Foß*. . . . 1.20
Thucydides ed. *Boehme*. 2 voll. . 2.40
Tibullus ed. *Müller*. . . . . —.30
Ulpian ed. *Huschke*. Ed. II. . . . —.75
Valerius Flaccus ed. *Baehrens* . . 1.50
Valerius Maximus ed. *Halm* . . . 3.75
Vegetius ed. *Lang* . . . . 3.—
Velleius Paterculus ed. *Haase* . . —.60
—— —— ed. *Halm*. . . . . 1.—
Vergili opera ed. *Ribbeck* 1.35
—— Bucolica et Georgica . . . . . —.45
—— Aeneis . . . . —.90
Xenophontis expeditio ed. *Hug*. . —.75
—— —— —— Ed. maior. 1.20
—— —— —— ed. *Dindorf* . . . . —.75
—— —— historia Gr. ed. *Dindorf* —.90
—— —— institutio Cyri . . . . —.90
—— —— commentarii. . . . . . —.45
—— —— scripta minora . . . . —.90
Zonaras ed. *Dindorf*. 6 voll. . . . 19.50

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.